(30) α

1165

From collection of Viscount Lymington,
to whom they have descended
from Archbishop Sheldon's brother
Lymington, Great Rees of Ed Evans
Newton

BURNDY LIBRARY
Chartered in 1941
GIFT OF
BERN DIBNER

Sep. 25 1827

Not fit to be printed

Geo. Catlin

# Index


Ꭰ
Ꭰa
Ꭰaᵋ
Ꭰai
Ꭰao
Ꭰav
Ꭰᵋ
Ꭰᵋa
Ꭰᵋᵋ
Ꭰᵋi
Ꭰᵋo
Ꭰᵋu
Ꭰi
Ꭰia
Ꭰiᵋ
Ꭰiȳ
Ꭰio
Ꭰiu
Ꭰȯ
Ꭰȯa
Ꭰȯᵋ
Ꭰoi
Ꭰou
Ꭰu
Ꭰua
Ꭰuᵋ
Ꭰui
Ꭰuo
Ꭰuu
Ꭱa
Ꭱaa
Ꭱaᵋ
Ꭱai
Ꭱao
Ꭱau
Ꭱᵋ
Ꭱᵋa
Ꭱᵋi
Ꭱᵋo
Ꭱᵋu
Ꭱi
Ꭱia
Ꭱiᵋ
Ꭱiȳ
Ꭱio
Ꭱiu
Ꭱo
Ꭱoa
Ꭱoᵋ
Ꭱoi
Ꭱoo
Ꭱou
Ꭱu
Ꭲa
Ꭲaa
Ꭲaᵋ
Ꭲai
Ꭲao
Ꭲau
Ꭲᵋ
Ꭲᵋa
Ꭲᵋᵋ
Ꭲᵋi
Ꭲᵋo
Ꭲᵋu
Ꭲi
Ꭲia
Ꭲiᵋ
Ꭲiȳ
Ꭲio
Ꭲiu
Ꭲo
Ꭲoa
Ꭲoᵋ
Ꭲoi
Ꭲoo
Ꭲou
Ꭲu
Ꭳa
Ꭳaa
Ꭳaᵋ
Ꭳai
Ꭳao
Ꭳau
Ꭳᵋ
Ꭳᵋa
Ꭳᵋᵋ
Ꭳᵋi
Ꭳᵋo
Ꭳᵋu
Ꭳi
Ꭳia
Ꭳiᵋ
Ꭳiȳ
Ꭳio
Ꭳiu
Ꭳo
Ꭳoa
Ꭳoᵋ
Ꭳoi
Ꭳoo
Ꭳou
Ꭳu
Ꭴa
Ꭴaa
Ꭴaᵋ
Ꭴai
Ꭴao
Ꭴau
Ꭴᵋ
Ꭴᵋa
Ꭴᵋᵋ
Ꭴᵋi
Ꭴᵋo
Ꭴᵋu
Ꭴi
Ꭴia
Ꭴiᵋ
Ꭴiȳ
Ꭴio
Ꭴiu
Ꭴo
Ꭴoa
Ꭴoᵋ
Ꭴoi
Ꭴoo
Ꭴou
Ꭴu
Ꭵa
Ꭵaa
Ꭵaᵋ
Ꭵai
Ꭵao
Ꭵau
Ꭵᵋ
Ꭵᵋa
Ꭵᵋᵋ
Ꭵᵋi
Ꭵᵋo
Ꭵᵋu
Ꭵi
Ꭵia
Ꭵiᵋ
Ꭵiȳ
Ꭵio
Ꭵiu
Ꭵo
Ꭵoa
Ꭵoᵋ
Ꭵoi
Ꭵoo
Ꭵou
Ꭵu
Ꭶa
Ꭶaa
Ꭶaᵋ
Ꭶai
Ꭶao
Ꭶau
Ꭶᵋ
Ꭶᵋa
Ꭶᵋᵋ
Ꭶᵋi
Ꭶᵋo
Ꭶᵋu
Ꭶi
Ꭶia
Ꭶiᵋ
Ꭶiȳ
Ꭶio
Ꭶiu
Ꭶo
Ꭶoa
Ꭶoᵋ
Ꭶoi
Ꭶoo
Ꭶou
Ꭶu
Ꭷa
Ꭷaa
Ꭷaᵋ
Ꭷai
Ꭷao
Ꭷau
Ꭷᵋ
Ꭷᵋa
Ꭷᵋᵋ
Ꭷᵋi
Ꭷᵋo
Ꭷᵋu
Ꭷi
Ꭷia
Ꭷiᵋ
Ꭷiȳ
Ꭷio
Ꭷiu
Ꭷo
Ꭷoa
Ꭷoᵋ
Ꭷoi
Ꭷoo
Ꭷou
Ꭷu
Ꭸa
Ꭸaa
Ꭸaᵋ
Ꭸai
Ꭸao
Ꭸau
Ꭸᵋ
Ꭸᵋa
Ꭸᵋᵋ
Ꭸᵋi
Ꭸᵋo
Ꭸᵋu
Ꭸi
Ꭸia
Ꭸiᵋ
Ꭸiȳ
Ꭸio
Ꭸiu
Ꭸo
Ꭸoa
Ꭸoᵋ
Ꭸoi
Ꭸoo
Ꭸou
Ꭸu
Ꭹa
Ꭹaa
Ꭹaᵋ
Ꭹai
Ꭹao
Ꭹau
Ꭹᵋ
Ꭹᵋa
Ꭹᵋᵋ
Ꭹᵋi
Ꭹᵋo
Ꭹᵋu
Ꭹi
Ꭹia
Ꭹiᵋ
Ꭹiȳ
Ꭹio
Ꭹiu
Ꭹo
Ꭹoa
Ꭹoᵋ
Ꭹoi
Ꭹoo
Ꭹou
Ꭹu
Ꭺa
Ꭺaa
Ꭺaᵋ
Ꭺai
Ꭺao
Ꭺau
Ꭺᵋ
Ꭺᵋa
Ꭺᵋᵋ
Ꭺᵋi
Ꭺᵋo
Ꭺᵋu
Ꭺi
Ꭺia
Ꭺiᵋ
Ꭺiȳ
Ꭺio
Ꭺiu
Ꭺo
Ꭺoa
Ꭺoᵋ
Ꭺoi
Ꭺoo
Ꭺou
Ꭺu
Ꭻa
Ꭻaa
Ꭻaᵋ
Ꭻai
Ꭻao
Ꭻau
Ꭻᵋ
Ꭻᵋa
Ꭻᵋᵋ
Ꭻᵋi
Ꭻᵋo
Ꭻᵋu
Ꭻi
Ꭻia
Ꭻiᵋ
Ꭻiȳ
Ꭻio
Ꭻiu
Ꭻo
Ꭻoa
Ꭻoᵋ
Ꭻoi
Ꭻoo
Ꭻou
Ꭻu

Dua
Due
Dui
Duo
Duu
Ea
Eaa
Eae
Eai
Eao
Eau
Eeo
Eea
Eee
Eei
Eeo
Eeu
Ei
Eia
Eie
Eij
Eio
Eiu
Eo
Eoa
Eoe
Eoi
Eoo
Eou
Eu
Eua
Eue
Eui
Euo
Euu
Fa
Faa
Fae
Fai
Fao
Fau
Fe
Fea
Fee
Fei
Feo
Feu
Fi
Fia
Fie
Fij
Fio
Fiu
Fo
Foa
Foe
Foi
Foo
Fou
Fu
Fua
Fue
Fui
Fuo
Fuu
Ga
Gaa
Gae
Gai
Gao
Gau
Ge
Gi
Go
Gu
Ha
Haa
Hae
Hai
Hao
Hau
He
Hea
Hee
Hei
Heo
Heu
Hi
Hia
Hie
Hij
Hio
Hiu
Ho
Hoa
Hoe
Hoi
Hoo
Hou
Hu
Hua
Hue
Hui
Huo
Huu
Ja
Jaa
Jae
Jai
Jao
Jau
Je
Jea
Jee
Jei
Jeo
Jeu
Ji
Jia
Jie
Jij
Jio
Jiu
Jo

Joa
Joɛ
Joi
Joo
Jou
Ju
Jua
Juɛ
Jui
Juo
Juu
Ka
Kɛ
Ki
Ko
Ku
La
Laa
Laɛ
Lai
Lao
Lau
Lɛ
Lea
Lɛɛ
Lei
Leo
Leu
Li
Lia
Liɛ
Lï
Lio
Liu
Lo
Loa
Loɛ
Loi
Loo
Lou
Lu
Lua
Luɛ
Lui
Luo
Luu
Ma
Maa
Maɛ
Mai
Mao
Mau
Mɛ
Mea
Mɛɛ
Mei
Meo
Meu
Mi
Mia
Mia
Mij
Mio
Miu
Mo
Moa
Moɛ
Moi
Moo
Mou
Mu
Mua
Muɛ
Mui
Muo
Muu
Na
Ne
Ni
No
Nu
Oa
Oaa
Oaɛ
Oai
Oao
Oau
Oɛ
Oɛa
Oɛɛ
Oɛi
Oɛo
Oɛu
Oi
Oia
Oiɛ
Oii
Oio
Oiu
Oo
Ooa
Ooɛ
Ooi
Ooo
Oou
Ou
Oua
Ouɛ
Oui
Ouo
Ouu
Pa
Paa
Paɛ
Pai
Pao
Pau

Pe
Pea
Pee
Pei
Peo
Peu
Pi
Pia
Pie
Pij
Pio
Piu
Po
Poa
Poe
Poi
Poo
Pou
Pu
Pua
Pue
Pui
Puo
Puu
Qu
Qua
Que
Qui
Quo
Quu
Ra
Raa
Rae
Rai
Rao
Rau
Re
Rea
Ree
Rei
Reo
Reu
Ri
Ria
Rie
Rii
Rio
Riu
Ro
Roa
Roe
Roi
Roo
Rou
Ru
Rua
Rue
Rui
Ruo
Ruu
Sa
Saa
Sae
Sai
Sao
Sau
Se
Sea
See
Sei
Seo
Seu
Si
Sia
Sie
Sij
Sio
Siu
So
Soa
Soe
Soi
Soo
Sou
Su
Sua
Sue
Sui
Suo
Suu
Ta
Taa
Tae
Tai
Tao
Tau
Te
Tea
Tee
Tei
Teo
Teu
Ti
Tia
Tie
Tij
Tio
Tiu
To
Toa
Toe
Toi
Too
Tou

Tu
Tua
Tue
Tui
Tuo
Tuu
Va
Vaa
Vae
Vai
Vao
Vau
Ve
Vea
Vee
Vei
Veo
Veu
Vi
Via
Vie
Vy
Vio
Viu
Vo
Voa
Voe
Voi
Voo
Vou
Vu
Vua
Vue
Vui
Vuo
Vuu
Wa
We
Wi
Wo
Wu
Xa
Xe
Xi
Xo
Xu
Ya
Ye
Yi
Yo
Yu
Za
Ze
Zi
Zo
Zu

Regimen

Prima præparatio et fundamentum artis est solutio corporis Mag-
nesiæ in aquam seu materiam primam quæ est ☿ et argentum vivum.
Secunda præparatio est coagulatio aquæ in terra [sc. nigra per putre-
factionem.] Et nota quod solutio corporis et coagulatio spiritus unam
habent operationem, quodqs nihil extraneum additur sed superflua
in præparatione tantum removentur. Tertia præparatio: ~~[illegible]~~
Terra absqs frequenti irrigatione fructum non fert: ideoqs arator
& sæpius irrigatur et imbibitur terra cum exiccationibus interpo
sitis, et terra cum aqua putrescit et mundificatur et humidum
retinetur a sicco ut fugere nequeat & grave per leve sur-
sum trahitur. Quarta præparatio dicitur sublimatio seu assump-
tio. Natura enim naturam retinet et vincit et ipsa aqua fit
aerea cum prius esset inspissata et coagulata cum terra. Quinta
præparatio: Æs nostrum ut homo habet spiritum corpus et
animam [sc. post novam ~~[illegible]~~ putrefactionem.] Spiritus est aqua et pe
netrat corpus. et est dealbator virtutum animæ: anima est tinctura
et copulat ac tingit, corpus est vinculum animæ et figit spiritu
et utrumqs continet [sc. per imbibitionem septenam dierum 150.]
Sexta præparatio: variatur et mutatur de colore in colorem
quousqs perveniat ad metam albedinis et rubedinis. De hoc dicunt
philosophi, pluries cibinatur, pluriesqs nigrescit et pluries desiccatur et
liquescit: [sc. per decoctiones iteratas.] Quamdiu humiditas durat
nigrescit, at siccata terra recedit nigredo et dealbatur. Tunc candida
mulier si rubeo sit nupta marito [sc: in Rora nativitatis] mox cum
amplectitur. Et hunc rex diademate coronatus clamat: Ego sum
albus niger et rubeus. ~~[illegible]~~ Deo coquite eos donec nigri fiant
deinde albi, deinde citrini, deinde tingens venenum. Res ergo cujus caput
est rubeum, pedes albi, oculi vero nigri est magisterium. Si trian
gulus in quadrangulo perficitur est lapis honore decoratus.
Septima præparatio: multiplicatur et perficitur lapis, quando [et firmandoj]
summa fixi fixatur cum eo quousqs fluat. Et ideo Philosophi
dixerunt quod jam fixum lapidem [vel solum vel cum polito auro li-
quatum] cum modo sublimationis volatilem facias, philosophice
conjungendo [partem non fixam] per minima ut elevetur totum
subtile in vasis [in modum salis albi] deinde fixetur. Quod si [imbibendo]
non evenit, addatur ei non fixæ partis quantitas ut summa
volatilis superet summam fixi, quousqs ad elevationem ipsius
sufficiat: nam si vincit summam fixi, volabit. Igitur quod ele-
vatum fuerit reiteretur illius summa tum per vicem quousqs
per hanc sublimationem et congelationem figatur totum. Cum
autem fixum fuerit totum, tunc non fixi partem reitera &
quantam prius quantitatem imbibe quousqs elevetur totum. Ad
ultimum iterato figatur quousqs fusionem præstet facilem.
ad modum ceræ & alteretur in complemento transmutante cor-
pora omnia in ☉ et ☽. Pro conclusione nota quod argentum
vivum plumbum, æs, minium sulphur non sunt vulgi, sed sul-
phur nostrum est sulphur divinum a duobus sulphuribus ex-
tractum quod dicitur sulphur de sulphure et argentum vivum
de argento vivo, & a philosophis appellatur acetum acerrimum. Et
ipsa duo, scilicet sulphur et argentum vivum realiter et essentia
liter sunt in prædicto aceto.

Fermentatio cum metallis tam imperfectis quam perfectis.

Regimen in opere cum auro vulgi.

# Tractatus Secundus.

Opus auri et argenti in principio conveniunt at in fermentatione differunt, quoniam fermentum auri aurum est et fermentum argenti argentum. Alia corpora ~~sunt~~ adhiberi possunt sed immunda sunt et prius in similitudinem duorum illorum corporum convertì debent projiciendo medicinam albam vel rubeam lingentem super ipsa. Quia mercurius cum sit de natura sua convertibus, fit unum quodqs cum singulis corporibus quorum complectitur naturam. Si enim jungatur cum plumbo erit plumbum, si verò cum ferro erit ferrum, si autem cum istis duobus aptetur radijs, fit Elixir perfectum. vulgi in medicinam convertantur

Modi regiminis quo aurum et argentum sunt quatuor principales, puta solvere, abluere, conjungere et figere. Solvere est corrumpere, dividere, & in [in 4 Elementa] materiam primam redigere. Abluere est inhumare destillare et calcinare. Conjungere est impregnare dealbare et rubificare: Figere verò est fermentare despongare & incerare. Solutio convertit ipsum in suam primam materiam, videlicet in aquam, ablutio in aerem, conjunctio in ignem & fixio in terram. ~~Elementorum autem duo sunt lapidea ignis et terra, et duo aquatica aer et aqua.~~ [Ergo lapis per solutionem et distillationem convertitur in quatuor elementa] Unde Aristoteles: Quando habueris aquam ab aere et aerem ab igne et ignem a terra, hunc totum habebis magisterium, quia hunc habes quatuor elementa in parte una bene præparata. Elementorum verò duo sunt lapidea ignis et terra & duo aquatica aqua et aer. Aquam autem extrahes ex substantia humida, aerem vero et ignem ex substantia sicca. De terra autem non curas de qua sit substantia dummodo sit fixa: nam terra et ignis aerem bibunt & desiccant et figunt, aqua vero et aer terram et ignem abluunt et lingunt et perficiunt. Idcirco oportet ut sit aqua multa et oleum [sui aeris] multum quoniam multitudo tincturæ tanta erit quanta multitudo olei fuerit. Igitur paulatim solvitur lapis [sc. per successivas putrefactiones] ut in mercurium convertatur & in quatuor elementa dividatur ut omnino sua materia prima habeatur. Deinde ablutur [inhumando et destillando septies] ut ejus immundicia auferatur & redeat in colorem argenti vivi sicut a principio fuit et salsedo sui sulphuris minuatur. Postea calcinatur [terra nigra viridua] et ejus materia sublimatur & possit converti de grosso in gracile et de spisso in subtile: hinc [conjungitur &] lavatur cum aqua mercurij ut majorem recuperet humiditatem quam perdidit in calce: exinde [& quamprimum [in salem album] summa volatilis superat summam fixi] sublimatur et sua materia attenuata magis deprimatur et mihi sulphur et argentum vivum munda habeantur super terram de illa materia de qua aurum et argentum efficiebantur subtus terram. ~~Tunc fit conjunctionem & dealbationem ad albedinem et rubedinem~~ addatur fermentum de illa materia quam facere volumus sive sit aurum [ut per dealbationem manifestius habeatur sulphur nostrum] sive argentum. ~~Et conjunctionem~~ Deinde inceratur ut spiritus cum corpore in corpus quam potest & vertatur et in eo figatur quousqs fiat unum cum eo, stans penetrans in profundo tingens et permanens, cujus una pars convertit mille partes cujuscujs metalli in aurum vel argentum: Sic etiam virtutem efficacem habet super omnes alias potiorem medicinas omnem sanandi infirmitatem, quia si ægritudo fuerit unius mensis sanat eam una die, si autem unius anni fuerit sanat duodecim diebus, si a longo tempore contracta sanat eam uno mense.

# Tractatus tertius.

Est lapis unus, medicina una in quo totum magisterium consistit et cui nihil ~~adjungimus praeter~~ & auferimus praeter superfluitatis & nihil adjunginus praeter aurum purissimum et argentum optimum. Sed oportet quod labores circa ipsorum solutionem inliquefactionis eorum est quod [per ~~liquefactionem~~ putrefactionem ablutionem et imbibitionis] facias ex eis argentum vivum manifestum & occultae subtilitatis. Sicq; intelligas quod 4 modis dirigitur opus. Primus modus est lapidis dissolutio. Secundus depuratio [seu ablutio] tertius cibatio [per conjunctionem spiritus cum corpore] & quartus desponsatio. Primo dissolvitur lapis per frequentem cohibitionem et lenem assationem. Accipe de ☿ [septies sublimato ☿] per aceturn & salem et rectificationem purgato & ~~digerelapis~~ in hujus mortalis ~~vase~~ veneni partibus tribus digere partem unam solis purissimi quousq; nigrescat in superficie, colligendo nigredinem. colatio mature per pannum linteum subtilissimum & quod invenias non do lutum de corpore terre bene in vase vitreo more philosophico et iterum pone ad coquendum cum veneno albo & quando nigredo separabit recollige ut supra. Hoc fac sape quousq; totum corpus verlatur in nigredinem & omnino dissolvatur. Terre coque terrea & non ta bedial. ~~quousq;~~ Cohibitio igitur corporis et ejus in aquam ~~convertis~~ resolutio fit per decochionem aquae et terre in lentissimo igne per spatium quadraginta dierum. Secundum opus est depuratio lapidis per elementorum rectificationem hoc est per aquae aeris et ignis distillationem septenam & per terra assationem. Primum ex pulvere nigro collecto extrahe & elementa per distillationem. Rectifica aquam super terram septies distillando a terra & omni vice ante ~~rectificationem~~ distillationem abjice terram faculentam per pannum linteum exprimendo receptam. Dein rectifica aquam seorsim septies ponendo singulis vicibus faces ad [partem] aeream. Tum rectifica aeream septies ponendo faces ad terram & ultimo calcina terram nigram colligendo aeream in illo existentem & tunc terra erit coloris pallidi.

Tertium opus est cibatio imbibendo terram palidam cum aqua sua rectificata singulis septimanis & terram in fine imbibitionis cujusq; calcinando. Quoniam oportet terram primo nutrire paneo lacte & postea majori sicut videtur in infantis nutrimento, ~~illo~~ quousq; tota aqua fuerit inhumata. Nota ablutionem terre fieri per distillationem [septenam] aque ab ipsa et aque coagulationem per imbibitiones super terram. Deinde igitur donec terra biberit de aqua sua pondus suum. Deinde coque similiter pero octo dies cum aere quousq; biberit de aere quantitatem aque inhumate & semper calcina suavitur. Si vero voluris operari ad rubedinem, oportet fortiori igne totam compositionem amplecti ita quod reducat in cineres quos pones ad ignem suum quousq; fundantur et bibant suum ignem, & tunc erit compositio tua dulcis suavis et rubea sicut sanguis. Cum vero rubefeceris terra sua ultima rubificatione, apparebit tinctura rubea in rubra

Putrefactio

Elementorum separatio et rectificatio septima.

Cibatio seu imbibitio terre calcinate diebus septenis.

4.

ra venini, quia penetrat, et sicut puta pruna in colore. Itaq; junge pondus ad pondus et erit compositio rubea tinctura in colore coralli & hoc est signum completæ digestionis perfectionis et complementi tinctuæ in sua operatione, de cujus tinctura omnes alia res tingi possunt in infinitum. De modo autem conjungendi elementa dicit Avicenna. Pone primo terram ~~quoniam~~ deinde aquam; ac tertio aerem, deinde ponas ignem in opere ad rubedinem quoniam opus albedinis fit de tribus rebis, id est de terra aqua et oleo ubi nihil erit ignis. Opus verò rubedinis fit de quatuor rebis, ubi ignis minimè differri potest. [Ignis enim quo aurum putrefactum & dealbatum incerabat est & illuminatus per decoctionem mensium septem donec sit rubrus cum cinaribus brun coloris ac tingit ut Sendivogius docet in cap° XI Novi Luminis & in Prefatione per digestionem continuam] occidas unum elementum de quatuor omnia mortua sunt & si unum plus habeat de anima quam alia elementa nihil valebit opus. Quartum igitur opus est desponsare seu fermentare per commixtionem corporis de quo traxit originem id est auri vel argenti vulgaris optime purgati [~~et forban in ea per decoctionem cum monstruo mundi in sphæra luna tobies rectificato quod possit calcinare solem analgamati~~] ut in eo [per decoctionem] ~~fixetur~~ moriatur et fixetur: [ex 4 elementis ut supra compositus] quia cum spiritus solvit animam [seu ~~mensuum mundi~~ ignem] pariter solvit et corpus ut reducantur ad ejus naturam. Et in prima desponsatione sit minus de medicina [ex 4 Elementis composita] quam de corpore [auri;] ubi tres partes de medicina & quatuor de ~~auro~~ corpore; & postea si volueris ~~partes~~ una de medicina cum duabus tribus quatuor vel ultrius de corpore secundum quod inveneris potentiam medicinæ mercurialem elementorum quæ Et nota quod si projicias medicinam illam. tuor supra aurum vel argentum vel aliud quodvis metallum non convertet illud naturam illius corporis in naturam albe rius corporis sed confortabit illud in natura propria. Deinde si projicias corpus illud in corpus aliud quodcunq;, ~~elixir erit convertens aliud corpus in naturam propriam~~ convertet illud in naturam propriam.. Vt si mercurius projiciatur in aurem fiet Elixir convertens omnia corpora in aurem; si projiciatur in plumbum, fiet elixir convertens alia corpora in plumbum: et sic in cæteris. [Igitur quatuor elementa et quintessentia sunt mercurius iste et aurum, et menstruum mundi in sphæra luna tobies rectificatum quod possit calcinare solem est mercurius ex tribus elementis lunaribus ~~corpo~~ terra aqua et aere compositus. In hoc menstruo incerato cum igne coquitur ☉ mensibus decem (ubi Sendivogius docet) in lapidem, deinde lapis iste vel solus vel cum auro liquatus multiplicatur coquendo in eodem ☉ menstruo. Et hic ☿ est aurum putrefactum & alteratum quocum Ripleus docet lapidem fermentare, & fermentum quod volunt esse quartam partem compositi, et Ripleo menstruum secundum quod vegetabile vocat. Hic ☿ est materia prima et sal naturæ & medium ~~per quod vulgi~~ fermentandi mercurium et metalla vulgi, si modo ex Diana et Venere præparetur.

Desponsatio

Projectio.
Tinctura non transmutat sed confortat sua corpora in natura propria, & hæc de inde transmutant. Plumbum sic confortatum fit elixir convertens sua in plumbum, &c

Mercurius vulgi præparatur: sublimando ipsum septies vel novies
vel duodecies a calcibus immundis & desiccantibus donec perfectissime
el quasi moxtus appareat [i. sine fluxu,] et deinde spondilibus ut vir albissima adhæreat.
a suis mundetur superfluitatibus & albissimum assumat colorem. Dein
dividimus in duas partes et earum unam cum auro seu sulphure pulverizamus, et ejus
elementa separamus & mundificamus destillando et rectificando aquam
et aurum septies et calcinando terram. Postea eorum ignem ad partem
semper collectum [i.e. separatim præparatum] terimus et cum aqua sua imbibimus & suavi
ter assamus, iterato in se multoties [i. sepius multiplicando] & tincturam] quo
usq; exiccetur et rubedine ut urina coloretur. Tunc prædicta
elementa bene præparata ad partem reservamus [sc. ad multiplicati
onem.] Verumtamen cunjungimus terram calcinatam cum argenti
vivi albi sublimati parte altera imbibendo assando & sublimando
donec totum ascendat, dein reiteramus illius sublimationem donec
figatur deorsum. Abhinc reiteramus super totum opus calcinationis
solutionis & coagulationis quatuor vicibus & ultimo figimus donec
in ignis asperitate quiescat. Et sic lapidis terra ad opus albuen
et rubeum præparatur quoniam ipsa est terra foliata in qua
aurum fermentando seminari debet. Et ideo in duas dividimus
partes quarum unam reservamus pro opere albo et aliam pro
opere rubeo. Partem reservatam pro opere rubeo dissolvimus
in aqua sua rubea & instanter coagulamus, deinde apponimus
sibi ignem lapidis rubrum [i.e. aurum nrm] iterantes super ipsum
totum opus contritionis imbibitionis assationis & sublimationis quousq;
totum ascendat rubeum in colore ut usifur: postea per eun-
dem modum [i.e. continuando decoctionem] figimus ipsum ut stet. Hinc vero solvimus et
coagulamus vice post vicem & reservamus ad fermentandum
pro solis opere rubeo. Tunc terram albam reservatam pro
opere albo resolvimus & ad unam partem ipsius conjungimus
tres partes purissimæ Lunæ similiter resolutæ, & ambas has solu
tiones insimul conjungentes terimus quousq; fiant corpus unum
cui apponimus de oleo suo albo [superius reservato] quantum
sufficit iterantes super ipsum multoties contritionem et assatio-
nem & sublimationem donec figantur deorsum, quod quandoq; in 4
5, 6 vel 7 vicibus completur. Tunc accendimus super ipsum ignem
fortissimum per diem integrum & fit elixir tingens mille partes
cujuscunq; corporis in verissimam Lunam. Et iterando solutionem
in oleo suo albo et coagulationem quousq; facilem dederit
fusionem ut cera, abundantius et perfectius operabitur.
Quoniam una pars ejus converte mille millia partium
corporis cujuscunq; in ~~Lunam purissimam~~ argentum verissimum
Eodem modo fit Elixir rubeum ad Solem nisi quod pro ante
rebus albis res rubeas apponimus. Et est ut terram jam ru-
bificatam cum fluente Sole calcinato [in proportione 1 ad 3
ut supra] & soluto in oleo suo rubeo [superius reservato]
similiter insimul conjungamus sublimando ipsa quousq; fi-
gantur deorsum & iterando solutiones & sublimationes &
fixiones multoties quousq; facile fluat et albeat unumquod
corpus imperfectum in aurum. Et nota quod in omni
solutionis et coagulationis operatione addimus volatile donec superet
summam fixi & fixum totaliter elevet, & iteramus super ipsum
sublimationem donec secundo ac tertio totaliter elevatur, [i.e. secundo inter
nigredinem et albedinem & inter albedinem et rubedinem; quodq; opus
rubrum majorq; indigt sublimatione quam album [i. est decochione diuturniore]
Igitur lapidem putrefactum dividimus in elementa eaq;
purificata conjungimus: quoniam in ipsa hora incorporant se
cum corpore quod ante non poterant propter suam grossitiem.

Abhinc

Abhinc calcinamus terram ut attenuemus ejus materiam deinde cum aqua sua solvimus ipsam ut recuperet humiditatem quam perdidit in sua calcinatione. Hinc coagulamus et inceramus ut possit [per continuam decoctionem] reverti de materia in materiam & sit lenis ad fundendum. Postea conjungimus sibi argentum vivum solutum [i.e. elementum aquæ vel aeris, R.C. oleum album vel rubeum] & sublimamus totum ut magis attenuetur materia ejus & bene incorporentur ad invicem & totum hoc facimus ut argentum vivum et sulphur de illa materia habeamus supra terram de qua aurum et argentum efficiuntur subtus terram. Deinde apponimus ei [sive sali sublimato albo, sive ☿ io in hora nativitatis] ignem lapidis ut bene coloretur opus solis & fiat rubeum ut usi fuer. Ignis autem nostri lapidis est siccus et est aurum. [i.e. nostrum, sive firmum et fixum sit sive volatile & fluidum]. Cum ergo bene fuerit præparatum solutum sublimatum & coagulatum, apponimus fermentum sibi de illa materia quam facere volumus, videlicet aurum et argentum, et sic facimus pacem inter omnia elementa ut non amplius sint inimica. Dein totum resolvimus sublimatus et coagulamus multoties donec fluat et omnia corpora in aurum et argentum tingat. In hoc completur arcanum pretiosissimum. Nota autem quod ~~author~~ una et eadem decocto continua ab authore nostro per multas imbibendi terendi & sublimandi operationes describitur propterea quod materia sæpius volat & sæpius descendit & figitur, sæpiusque liquescit & sæpius coagulatur. Quod ergo Authoris processus hujusmodi est, ut materia putrescat & destillentur partes 3 een ☿ ☿, ejusque pars tertia iterum putrescat cum terra & pars ejus destillando del elementa terræ aquæ et aeris & pars altera continuando decoctionem del elementum ignis, nisi mavis elementum ignis esse aurum nostrum ex ☿ io coquendo extractum. ~~Dein terra capit~~ Id enim verisimilius est. Tum capit et imbibit elementum terræ cum reliquis duabus partibus ☿ ☿. Dein opus dividit in duas partes et earum unam ad opus album imbibit cum elemento aquæ ac deinde fermentat, alteram ad opus rubeum imbibit cum elemento aeris seu olio rubeo & in hora nativitatis elementum ignis conjungit. Sic completur elementorum conjunctio tetraptiva. Tum opus ad rubedinem decoctum est essentia quæ quinta multiplicat et fermentat adque semper fermentando multiplicat cum olio rubeo.]

# Tractatus quintus.

Lapides pretiosi sunt auro pretiosiores, non quia meliores sed quia rariores. Non est lapis melior quam aurum quoniam est fermentum Elixir sine quo nequaquam opus peragitur. Lapis ficat aurum et juventutem conservat, renovat senectutem et omnem corporis depellit infirmitatem. Est enim sicut fermentum pastæ, coagulumque lacti in caseo & sicut muscus in aromatibus bonis. ~~Mentio autem aurum circundat partem~~ pag 667.

Totum igitur beneficium hujus artis in Sole et Luna existit sed indiges quod circa illorum solutionem labores redigens ea ad suam materiam primam [per putrefactionem.] Prima autem materia eorum est argentum vivum [qui ubique ex nigredine per destillationem et sublimationem clares elicitur] quia cum liquantur omnia convertun-

tur

tur ad ipsum. Certum quippe est omnem rem esse ex eo in quod resolvitur. Gelu resolvitur in aquam mediante calore: clarum est ergo ipsam aquam prius fuisse. Sic omnia ductibilia resolvi possunt [per caloren fusionis] in argentum vivem: ergo ipsa prius fuerunt argentum vivum. Hic igitur nota de resolutione corporum in argentum vivum. Benedictus ergo et sublimis natura Dominus qui nobis donavit rationem discernendi et reducendi omnem rem ad primam suam materiam & naturam, puta corpora præparata ad primam originem sui sulphuris & mercurij, ut ex ijs in paucis diebus faciamus supra terram quod natura operatur est sublus terram in mille tantummodo annis. Vnde si aliud beneficium non haberemus ab argento vivo nisi quod corpora reddat sublimiora ad sui naturam, hoc ipsum satis nobis deberet sufficere. Ipsum enim est amicabile & metallis placabile, ac medium conjungendi tincturas quoniam in se recipit quod sua natura est, alienum vero respuit quia est uniformis substantiæ in omnibus sui partibus homogenium. Ipsum quidem est quod ignem [.fixitatis sua] superat et ab eo non superatur, sed in eo amicabiliter quiescit eo gaudens propter enim suam bonam partium adhærentiam & sua mixtionis fortitudinem, signo modo partes illius insistentur ad ignem, ulterius non permittit se corrumpi negs per ingressionem fumosæ flammæ se in fumum ulterius simil elevari, quoniam vaporificationem sui non patitur, propter sui densitatem et adustionis carentiam. Veridice ergo invenimus corpora ea majoris esse perfectionis quæ plus argenti vivi continent, et quæ minus minoris. [Certe diminutum [i.e. defectus et imperfectio] in corporibus imperfectis est et paucitas argenti vivi et non recta inspissatio ejusdem. Quare complementum in illis erit argenti vivi multiplicatio bona inspissatio & fixio permanens. Studeas igitur cum in opere fueris, in huis operibus omnibus mercurium [reliqua] superare in commixtione. Et si per illum solem perficere poteris pretiosissimæ perfectionis indagator eris. Mundare enim intime poteris et sic per consequens opus ex illo creare quod omnem superabit naturam. Ex ijs ergo elicias secretum, medicinam nostram ex ijsdem esse assumendam quæ argento vivo maxime adhærent in profundo ejus et si per minima commiscentur ante illius fugam: argentum autem vivum argento vivo magis adhærit et eidem magis amicatur, post illud vero aurum et postea argentum; alia vero corpora non habent tantam conformitatem ad ipsum quia minus de sua pura participant natura. Est autem hæc medicina tam in corporibus quam in ipso argento vivo secundum naturam, cum regius sint reperta natura, in corporibus quidem difficilius in argento autem vivo facilius, non tamen perfectius. Cujuscunq igitur generis sit medicina, materia lapidis pretiosi tam in corporibus quam in argenti vivi substantia indagatur. Causa hujus est quia non est transitus de extremo ad extremum nisi per medium. Extremum autem metallorum ex uno latere est argentum vivum, ex alio elixir completum: media vero istorum

rum sunt sex corpora quæ se elongant ad malleum quorum
alia aliis sunt magis depurata decocta et digesta, alias illa sunt
propinquiora ut te charissime credimus non ignorare. Non ergo
obstes quia nulla est tinctura vera nisi ex ære nostro, id est
ex lapide philosophico. Omne porro aurum æs est sed non omne
æs est aurum, quia de genere ad speciem non est consequentia.
Sic omne aurum est sulphur rubrum sed non omne sulphur
est aurum, quia nihil est in auro ex complione sulphuris. —
Quæ seminaveris hæc et metes. Non ponas ergo in opere tuo
scarabæos et muscas nec comedas de filio cujus mater est corrup
ta: sed frustum de pinguiore carne comede, [i.e. de auro nro in
hora nativitatis ♀ ] quoniam stultitia est magna opus tuum fieri
de pejore cum fieri possit de meliore. pag. 668, 669, 670.

Lapis noster unus est, medicina una, vas unum,
unum regimen & una dispositio ejusdem, cui non addimus
rem aliquam extraneam, nec minuimus, nisi quod in ejus
præparatione superflua removemus. Non enim ingreditur
in eo quod non sit ortum ex eo, nec in ejus parte nec
in toto: si verò aliquid extraneum ei apponitur statim
corrumpitur, nec fiet ab eo quod quæritur. Est itaque lapis
noster unus, aqua videlicet permanens, munda, lucida, clara,
cœlestem habens colorem: verùm nisi sit in illa aqua quod
ipsam emendet, quod quæritis non fiet. Nam aqua non eman
datur absque sole. Nam absque sole et ejus umbra nullum
lingens [i.e. ♀is ex nigredine extracto] nullum lingens gene
ratur venenum, i.e. argentum vivum præparatum: eo
quod forma non recipit impressionem a forma nec materia
a materia: sed materia a forma, & corpus a spiritu. Corpus
itaque tingit, spiritus vero penetrat. Non tamen tingit corpus
nisi tingatur, quia spissum tertium non ingreditur propter-
suam grossitiem, verum tenue aërium, id est quod ingreditur
& tingit, hoc est sulphur corporis extractum per penetran
tem spiritum. Non ergo tingit aurum nisi seipsum donec
spiritus ejus occultus extrahatur e ventre ejus italiæ omnino
spiritualis. Aqua igitur nostra viva [i.e. ex nigredine materia prima per detil
lationem rectificationem imbibitionem & sublimationem præparata]
est ignis aurum comburens mortificans et confringens magis
quam ignis elementalis. Ideo qui e sole et ejus umbra id est
luna venenum tingens conficiunt, nostrum lapidem perficiunt
verum nisi lapis habitet tam ex substantia una quam
ex altera nil agerent in seinvicem: quia actio omnis
est inter agentem et patientem, formam et materiam: quæ
duo idem esse genere ut vir et mulier et specie tantum
differre debent. Cognosce ergo radices minerales faciens ex
eis opus tuum, quoniam non possumus lapidem aliter nomina
re quam per descriptionem suarum radicum. Merito ergo
lapis noster dicitur omnis res quia habet in se et de se
omnem rem necessariam ad sui perfectionem; omnibus nomina
tur nominibus propter naturæ suæ excellentiam et abscondi-
tam ac diversam actionem; ubique inveniter propter elementorum
participatio-

participationem; est vilissimus per putrefactionem, carissimus propter
virtutem, niger albus et citrinus secundum colorum mutationem.
Et quemadmodum lapis est unus, sic medicina est una quamvis
in decoctione varios induat colores ~~degit status in statum transeat~~
Vas item unicum est, ex vitro spisso ~~et undique clauso et spatioso~~ capibili longitudine, quamvis
cucurbita et alembicum quandoque dicatur, tamen undique claudatur
ne flos lapidis id est fumus albus egradiatur et fugiat. Sed et
regimen lapidis est unum et ipsum est decoquere jugiter et
continue in suo vase sine intermissione donec finem conse-
quatur optatum. Philosophi tamen multa posuerunt ~~[illegible]~~
artificia ad artis suae venerationem, velut contritionem, sublima-
tionem et mundificationem ne sordidum quid introducatur vel
immundum, item commiscere coquere adequare putrefacere de-
albare & rubificare. Hic sunt nomina plurima quorum
tamen regimen unum est quod est coquere tantum, & ideo
non est aliud quam opus mulierum et ludus puerorum. Contra
ergo, coque & reitera multoties, quia si una decoctio et una
contritio sufficeret, Philosophi non toties sua dicta reiterassent. Denique lapidis dispositio est unica tantum et est ut ponatur in suo vase jugiterque coquatur in igne quousque totum
ascendat solutum [i.e. in regimine 4ti & hora nati
vitalis] deinde fortificandus est ignis donec suum exhauserit
humorum fiatque siccum et multum album. Tum fortificandus
est ignis quousque citrinum sit et multum rubeum: verum
si in operando negligens fueris istorum colorum nihil vide-
bis. Studeas igitur cum in opere fueris omnia signa, quae
in qualibet decoctione apparent in mente recondere & illo-
rum causas investigare quia haec multum necessaria sunt
artifici & idonea ad totius operis complementum, eo quod
ignorantes causam ignorant effectum. Nota igitur de vase
quod semen semel imponendum est ut generatio bona fiat
et non pluries: et quamvis multoties dicatur a philosophis
pone in suo vase et firmiter claude, sufficit tamen semel
imponere et claudere quousque totum compleveris magiste-
rium. Quod est a malo est, quia si pluries aliquid impo
fueris, tunc aurum non vertitur in rubeum neque fiet
album. Ex his ergo patet quod plenibus rubis non indi-
genus ad opus nostrum neque etiam magnas requirit expen
sas quoniam unus est lapis, unum vas & unum regimen
et una dispositio ejusdem tam ad album quam ad rubeum suc-
cessive id est paulatim faciendum. pag. 670, 671, 672, 673, 674.

Caelum cum natura non praeparata minime convenit
aliquid operari. Optimus autem praeparationis modus est super-
flua demere et absentia supplere. Sic enim tam integra quam
corrupta ad perfectum renovantur statum, et illud quidem
est ut a rebus fictis sibi in nullo convenientibus [i.e. a qualuor
sulphuribus (qua elementa nonnunquam vocitantur) ark composito
valde sublimes mercurium, quousque caelestem acceperit colorem.
Caveas tamen praecipue in ejus mundatione a privatione virtu-
tis suae ne vis activa [per nimium calorem] suffocetur in
aliquo. Nam omnium rerum semina virtutum vegetativam per
nimium calorem amittunt. Cum igitur intentionem facere
volueris solvere ^luna luram ^in ♀ illo sublimato, puro, mundo, crudo, sincero
currente: nam primus gradus suae praeparationis est ut fiat

mercurius

mercurius, nec fit hoc donec linificas [i.e. emollias & liquefacias] per
aquæ dominium et caloris motum continuum. Oportet itaq; ut sit aqua
multa et oleum multum quia quanta fuerit multitudo aquæ tanta
est multitudo tinctura. Solvimus autem aurum ut in suam primam
redigatur materiam, hoc est ut vere fiat sulphur et argentum vivum
[in proportione 1 ad 9 vel 10] quia hinc possumus optime argentum
inde facere et aurum. Nam sulphur et argentum vivum secundum
philosophos sunt materia prima omnium metallorum. Est ergo solutio ut
cum Bria, servum nostrum rubeum soror suæ odoriferæ et inter
se artum gignant. Positos igitur in suo vase claude diligentissime
decoquens ad ignem lenem donec brodium fiant saginatum. Nam
ex principijs naturalibus planum est ut omnis res, cujus radix ex
terra et aqua, solvatur in aquam et fiat currens. Et cave ne
flores comburantur. Coque ergo temperate donec in aquam solva
tur impalpabilem et tota egrediatur tinctura in colore nigredinis
quod est signum veræ solutionis. Coque ergo donec terra coagulet
aquam in albo colore, et hoc erit intra centum et quadraginta
dies. Igitur patienter continua decochionem quousq; tota egredi
atur tinctura super aquam in colore picis liquidæ & cum
videris nigredinem illi aquæ imminere, scias tunc oportet
ignem lenem conservare super ipsum donec aqua percaperit
nebulam quam paperit tenebrosam, & nigredo aquæ suæ immi
nens [i.e. non solum vapor, sed etiam guttæ omnes in collo vitri
condensatæ] in sua rejungatur aqua fialq; aqua in aqua, id
est donec totum fiat aqua una. Cum autem aqua albæ
aquæ miscetur, tunc aqua amplectitur aquam ita quod non
poterunt separari ab invicem. Et hæc est aqua permanens
quæ tamen absq; suo corpore cum quo soluta et facta unum
est, permanens esse non potest. Hanc autem aquam philosophi
dixerunt aquam auri & ignem venenum. Ideo nos oportet cum
hanc aquam possidemus sulphuream, albæ nostro [i.e. corpori nigro
à quo destillatur] eam miscere ut ejus nigredo deleatur. Redde
ergo carbonem suæ aquæ [in proportione 1 ad 3] ut in eo
extinguatur et verum conceptio fiat et vas claudatur
jugiter dum conficiatur. ib. pag. 674, 675, 676, 677, 678.

Author a pag. 678 linea 19 ad Pag. 684 docet elementa in regimine
Saturni vel Jovis separare et mundificare et terram lavare et imbibi.
ubi post nigredinem quæ 42 dies durat, docet decoctionem continuare donec
materia nigredine privetur et fiat aqua clara & ut verum argentum
vivum scandens in aerem: deinde aquam distillare et sæpius rectificare
donec, ideo igne lenis ne aliquid crassum per volatilia ascendat
quod ibi adhæreat gradens refrigerio, et non descendat absq; violen
tia et sic non poterit elementorum perficere sublimationem eo
quod debebit totum igne moveri in vaporem multotiès elevari
et elementum unumquodq; totale Sphæricè per se pluries deprimi
et elevari. Nam nisi corpus igni et aquæ attemperamus quousq; ascen
dat ut spiritus nihil facimus. Ideo nobis in aere sapientes nascitur
quoniam Spiritualis omnino efficitur. Hanc autem sublimationem
facimus tribus de causis, primo ut corpus fiat spirituale, secundo, ut
Spiritus incorporet se cum corpore et uniantur, tertio ut omnia
fiant alba et munda & saldo sulphuris minuatur. Nam apud
Sublimationem comburitur quicquid est opere fuerit combustibile
Et certa Summa nobis est necessarium ut elementa fiant simpli
cia ut possint conjungi ad invicem. Ideoq; vaporem utramq; pluries
Sublimamus donec aqua descendat in cribationes. Cribramus ergo [i.e.
rectificamus] per cribro sphærico sepius ut omnia fiant aqua limpida
clara

clara, quoniam corpus nunquam dimittit animam a se separari qua
sibi compar est in proprietate simplici [illegible] habij.
Aquam aeream, aeream ab igne et ignem a terra destillando accepit. Et in multa cum sublimationis iteratione cum aqua
Aquila ergo volans per aerem et basso gradiens super terram ascendens depuratur et
est magnum thesaurum: Ideireo separabis terram ab igne, subtile a ejus grossities ad imum
spisso suaviter magno cum ingenio destillando. Ascendit a terra descendens in terram ma
in Caelum, iterumq; descendit in terram recipit vim superiorum tatur:
inferiorum et inferiorum corporis, quia vincit omnem rem subtilem
omnem solidam penetrabit albificando. Hic nota
diligenter omnemq; rem solidam
intime de spiritu corpora et anima. Sicut ergo quod os nos-
trum [ut homo] habet spiritum corpus est animam. Spiritus est
aqua ejus, anima est tinctura et Corpus est ejus terra. Spiritus
est delator virtutum animae super corpus, sicut portatur tinc-
tura tinctorum per aquam super pannum: anima autem est
vinculum [seu ligamentum] spiritus sicut corpus est vinculum animae: corpus
vero est siccum et fixum continens spiritus et animam [tam
spiritus abstrahit animam a corpore cohobando, dein corpus ubiq;
simul imbibitur et vi animae retinet utrumq; et simul as-
cendit] spiritus ergo penetrat, corpus figit, anima copulat
tingit et dealbat: et in his tribus et fumus nigredo et mors
[seu in spiritu ventoso, in anima nigra et in corpore mortuo] quae
cum spiritu ablata fuerint perpetua non erunt. Oportet ergo ab fumum
[albificando] ab anima nigredinem [lavando] et a corpore mortuum
[imbibendo] expellere frequenti dissolutione, qua non differt. [Pergit
Author pag 680, 681, 682, 683, 684, imbibitionis describere et
subsequentium decodionem usq; ad abbreviationem] Liga ergo mulieris
lactantis mamm post largam ut non fugiat Gabricum; appone sibi fi-
lium ut ablactet eum, quoniam cum mulier mortua fuerit, erit buso
robus de lacte: tunc funda busonem per medium [i. in partes aequales
divide] apponens gallinae ut comedat ipsum. Terra autem primo nutrit
debet paucis lactis guttis videre est in infantis educatione dum quanto
magis crescit tanto magis indiget cibo et calore quousq; fuerint
humorum. Hic nota de proportione & pondere aquae et corporis. Iubeo
igitur non simul infundere aquam ne elixir submergatur verum pau-
latim infundere ut semper corpus cum tribus partibus sua aqua deaquetur:
nam si confundatur absq; pondere mors eveniet. Sit autem igni lenis
in principio donec aqua coaguletur in lapidem et tota fiat deorsum:
nam infra spatium 40. dierum tota aqua vertitur in terram. Corpus
igitur coque cum aqua vita leniter [in proportione 1 ad 3] coagu-
lando ad ignem quousq; fiat spissum et multum siccum quia cum
fuerit siccum velociter bibit sui humoris residuum. Impone tunc
aliquam aquam, leniter coque, vos diligenter claudere, noli festinare pro
opere uti. Aqua tamen in duas partes dividenda est quarum
una parte [i. tertia parte totius] corpus coagulatur, altera putrefit et
liquatur. Coagulata est aquam substantiam in terram nigram: putrefactae
est coagulatum resolvere. Contra coque, intra & nutre tandem hoc
ipsum pluries reiterare, sed ponderet et mensura cuncta regit ut
quoties corpus imbibitur toties dejiciatur. Non tamen comedas festinan-
ter. non bibas quod non comedas nec comedas quod non bibas. Sit autem
potus post commistionem non commestio post potum, aliquin facies ven-
trem humidum nec recipit siccitatem [i.e. pone cibum in fine liquefa-
cionis cujusq; ut coagulatur et potum post coagulationem ut resolvatur:
alios facies ventrem humidum et non coagulabitur] Comede ergo et
bibe unum post aliud, unum dico tria et sic usq; ad duodecim facies
duna. Caveat hic numerus ex multiplicatione ternarij in quatuor. Numerus
ternarius fit ex unitate in tria et sunt tres Salsaburae [i. tria principia vel tres partes]
Nam tota aqua est ad suum corpus per suos ternarios reducenda. Contra
igitur terram decoque aquam et mistura operationem [quater] quousq; unus
ex tribus ternarijs virtutur deorsum. Nam si unum ex tribus quodcunq; omnes
morbis

mortis sunt; quia si aqua sit fugiens albarum vero ignem patiens
utrumq; junctum patitur ignem. Verte ergo aquam super terram suam
quousq; coagulatur deorsum: tunc enim Cibus a natura in naturam
convertitur et in unoquoq; gradu suarū. operationum novam assumit
naturam. Redde unam sudorem suam terram coque virtute pro tua
vel rubeam, terra enim non germinat sine frequenti irriga-
tione nec absq; premissa desiccatione ideo omnia vice post desiccatio-
nem terra superfunde aquam temperatè nec multum nec parum quia
si multum fuerit fiet plaga conturbationis, si parum com-burebitur in
favillam et hoc nota intime. Cave autem semper ne igni nimio com-
burantur flores. Sic calorem bene mensurave enim aqua et ignis tibi sufficiunt
cant: nam corpus abluunt et mundant nutriunt et ejus obscuritatem
auferunt et certa totum opus et regimen non est nisi aqua per-
manens omnia in se habens quibus indiget. Nam ligna facit et con-
gelat, dirimit et dealbat, album facit ad album et rubeum ad rubeum
Effectus tamen ejus consistit in regimine ignis. Sit ergo ignis lentus
usq; ad albidinem. Vivificans ergo mortuum id est corpus, occide
usq; ad vivum id est spiritum et habebis magisterium. Deo. oportet prima
pars ejus aqua q̄ nostrum comburere et coquendo coagulare quo-
usq; in sua fiat rubedine quæ quidam hunc dicitur fermentum auri et
coagulum coagula quia aquam recipit, bibit et coagulat sicum in
terra. Et in hoc est finis primæ operationis et principium secundæ
[i.e. Multiplicationis] quinam uno modo incipitur et finitur. Modus autem
rubificationis lapidis albi præditi est quod oportet residua aqua
sua mulieris imbuas ad nigrandum coagulatum, ad mundandum
cinerosum et ad colorem immutandum donec tota aqua fiat deorsum.
Imbue ergo ipsum septies vice post vicem emundans nigredinem
quousq; dimittatur et in terram vertatur. Nam in 40 diebus totum verti-
tur in terram. Aperi et claude, solve et coagula, extende et plica,
album et dissica. Hoc facto septies donec quadrangulum vertatur in
rotundam [i.e. 4 elementata in Elixir.] Igitur ex gubernatum solve in
aquam, dein coagula ad ignem secundum consuetudinem. Dicimus qui-
dem secundum consuetudinem, eo quod prius fuerit coagulatum in
Lunam rubeam. Deo cum siccum fuerit solve quod ex illo fuerit
solubile, quod vero non solvitur continuo coque quousq; solvatur omni
modo. Si igitur ista ordo nutrimento servetur quousq; illius major sol-
vatur quantitas, deinde coagula, et lunatur assando in ignis temperamento
conserva quousq; illa major ad illius exaltationem ignis administrari
præstet. Omnes igitur hos ordines præparationis super ipsum quater
nutrita et ultimo calcina per modum suum Migrandum et calcinatum,
quoniam sic pectus ejus humanum lapidis terram superficialiter administrando
exsiccare et in cinerem vertere, et cinis ille spiritum
recipit et bibit et suo imbuitur humore donec in colorem verta-
tur pulcherrimum quam prius fuerat. Cinerem tunc ne vilipendas
sed rode sibi ipsum sudorem suum quem egerit, quousq; totum ver-
tatur deorsum. Omnibus enim cinis imbibitur tibi desiccatur quousq;
totum bibit humorem. Coque ergo quousq; desiccetur quoniam quando
res conveniuntur igitur cum aqua pacificatur et albo colore colora-
tur. Ib. p. 678, 679, 680, 681, 682, 683, 684.

Coque regem et uxorem ejus donec fiant nigri deinde albi,
postea rubei et tunc fit venenum tingens in aurum. Rex ergo
cujus caput est rubeum, pedes albi et oculi nigri est magisterium.
Res enim nostrum primo quo magis coquitur magis solvitur et fit
aqua magis spiritualis; secundo quo magis coquitur magis inspissa-
tur et fit [pulvis] albedinis coloris, tertio quo magis coquitur magis
colorabitur et fit tinctura majoris rubedinis et tota hæc operatio

non

non est nisi exhalatio aquæ a terra et ejusdem super terram remissio.
Igitur aquâ totâ [per imbibitionem] exhaustâ et in terrâ contentâ, per
quosdam dies id est per sexaginta, in fuo vase super lentem ignem
dimitte putrefieri donec pretiosissimus ei color albus desuper appa-
reat. Sit autem calor hujus sicut pro ovorum exclusione sub ventre
gallinæ usq ad albedinem, quia calor intensus vaporem nigrum facil.
Coque ergo masculum et uxorem simul quousq ultrumq coagulatur
in siccum, quia nisi fuerit siccum colores diversi minime apparebunt
quod erit semper nigrum dum humidum dominatur. Coque igitur
ad ignem donec totum vertatur deorsum tunc fit draco alas suas com-
dens et tunc diversos emittit colores. Multis siquidem modis viribusq
diversis movebitur de colore in colorem donec ad firmam devenias
albedinem. Nam omnes mundi colores apparebunt cum denigrans hu-
miditas fuerit dejecta. Verum de illis coloribus non curæ quoniam
non sunt veri colores. Nam pluries attinxerit et rubescit, pluriesq
desiccatur et liquescit ante veram albedinem. Spiritus tamen non
figitur cum corpore nisi in albo colore. Quare [illegible] liquet quod
dealbatio exportanda est semper cum sit operis totius complementum
per variatur postea in colorem verum prælucquam in rubrum
Dicat igitur colores quoniam sciri non potest in quo gradu modo
quis sit ignis nisi per colores in opere apparentes. Nota igitur bene
de igne et suis gradibus quia semper ignis in solutione et coagula-
tione unit humi, in sublimatione modicus et in rubificatione fortis:
verum quanto magis variantur colores tanto magis ignis humi est
continuandus donec ad metam deveniat albedinis. ib. p. 687, 688, 689.

Non est nisi una natura habens in se naturas et res omnes quæ
sibi sufficit ideo uno ordine incipitur opus et finitur. Duplex tamen
est modus compositionis, humidum et siccum: cum autem coquuntur
fiunt unum et unum non dimittit alterum; et bene quidem, quia hu-
midum facilius impressionem suscipit et facile dimittit, siccum
vero gravius impressionem recipit et gravius dimittit: ideo cum
humidum et siccum contemperaverint se ad invicem, adipiscet
siccum a humido facilem impressionem et acquiret humidum a
sicco ut firmiter retineat et impressionem, omnem sublimans ignem
Unde propter humidum prohibetur siccum a sua sepiratione et prop-
ter siccum prohibetur humidum a sua fluxibilitate. Nota ergo de
duabus virtutibus operativis de aqua salitet et igne in quibus com-
pletur magisterium. Si superveniens aquam tolam [principia tria involu-
ta] dealbabit et si adjunxeris ignem rubificabit. Nota etiam bene
quod opus album in tribus completur, rotis in quibus non est ignis nu-
merus vero quatuor rotatur rotis, in quibus ignis minime differri
potest: et hoc est elixir quod tingit tinctura sua, conjungitur
oleo suo [i.e. spiritu rubro] et figitur color sua; et olerum quidem est
conjungens et aggregans inter calcem et aquam, aqua tamen est
differens tincturam super calcem suam et quando figitur color figi-
tur et aqua cum eo propter vehementiam compositionis. Anima
est vinculum [seu intermedium] spiritus sicut corpus est vinculum
animæ. ib. p. 689, 690.

Multiplicatur lapis imbibendo sublimando et fixando ipsum
pluries et omni vice fit decuplo melior. Multiplicatur autem dum
fluat in cera ad mercurium ante fugam ingredi potest. Et jam nostram
complevimus medicinam in caliditate frigitate humiditate siccitate
æqualiter temperatam: unde quicquid illi imponitur, ipsa fit ejusdem
cum eo complexionis cui apponitur. Ut si aquam illi apposueris
totum solvetur in aquam, si vero ignem totum erit ignis. Et hæc
est causa quare multiplicari potest medicina in infinitum. Multipli-
catur autem sive per solutionem sive per fermentationem sed per
solutionem tardius per fermentationem citius eo quod soluta non bene
operatur nisi prius in suo figatur fermento. Abundantius tamen multo
operatur medicina soluta quam fermentata quoniam magis subtiliter est,
licet etiam per solam fermentationem possit multiplicari in infinitum

Quia autem Sulphura [i.e. album et rubrum] lingunt et non fugunt si similia argento vivo sui generis juncta sint [i.e argento vel auro] ideo oportet ipsum admiscui argento vivo albo vel rubeo sui generis quousq; una munda aqua fiant ex duobus argentis vivis composita. Verum in compositionem eorum ponas parum de opere [i. Sulphur album vel rubeum] super multum de corpore [argenti vel auri] ita quod [opus] habeat potentiam convertendi corpus in medicinam: alias totum vertatur in Spiritum sibi similem. Si autem projeceris parum operis super multum corporis puta unum super quatuor: fiet in aliqua mora temporis pulvis albus vel rubeus secundum colorem fermenti super quod projecisti: et hic pulvis est elixir completum. At non facias omnimodam eorum commixtionem donec unumquodq; separatim solvatur in aquam. ib. p. 693, 694.

Projectio talis extenditur si projicias unum supra decem ac deinde unum illius supra alia ~~decem~~ centum. Nam si projeceris unum supra mille tunc indum esset ne pro nimio calore consumeretur et exhalaret antequam penetraret. Cum autem ponis unum supra decem cito penetrat et miscetur: unde non est metuendum fortificari ignem, neque continuare; sed isto debet deponi. Cum oleis ergo misce argentum vivum præparatum, non quod sint materiæ omnium metallorum sicut quidam affirmant sed quod per frigiditatem tenent medicinam super ignem donec misceatur et exhalet: et projice unum super decem et unum eorum super 100, et unum eorum super mille &c. Et nota quod in opere rubeo nihil intrabit nisi rubeum sicut in albo nihil intrabit nisi album. Idco quod facis in albo facias in rubeo quia una et eadem est operatio amborum. ib. p. 695, 696.

Recapitulatio. Totius operis recapitulationem subjungimus et est ut sumatur lapis in capitulis notus et cum operis instantia assiduetur super ipsum perfecto sublimationis ut mundetur per hoc intime & sublimetur lapis donec in ultimam sublimalis puritatem devenial et ultimo volatilis fiat & hic quidem est primus gradus administrationis. Abhinc vero cum fixionis modis figatur donec in ignis asperitate quiescat: sit autem opus Lunæ nimis albam et opus solis nimis rubeum quia album est opus lunis et rubeum ætatis, ideo majori partium sublimatione indigent, per modos proprios in majori decoctione digestos donec assumat colorem: et in hoc uno secundi gradus rubicundissimum perfectionis meta consistit. Sed in tertio gradu est totius operis complementum, et est ut jam fixum lapidem cum modis sublimationis volatilem facias & volatilem fixum & fixum solutum & solutum iterato idq; sæpius fixum quousq; fluat et alteret in complemento solifico vel lunifico. Habet etiam medicina sic multiplicata virtutem sanandi omnem infirmitatem supra omnes alias medicinas. Nam lætificat animam, virtutem augmentat, conservat juventutem veno vat senectutem quoniam non permittit sanguinem putrefieri, neq; flegma dominari neq; choleram superexaltari sed sanguinem supra modum multiplicat, contenta in spiritualibus purgat, et omnia corporis membra conservat et generaliter tam calidas quam frigidas ægritudines curat

aural infirmitates præ omnipotentis, quoniam ægritudo
fuerit unius mensis eam sanabo, si unius anni sanat diebus
duodecim, si vero antiquior et multi temporis sanabit uno mense
et omnes malos expellet humores et bonos inducet. Confert
et amorem eorum quibus offertur, ac deferentibus securitatem
et audaciam et in præliis victoriam.

---

# Ex Petri Boni Lombardi Ferrariensis
# Margarita Pretiosa
## A. C. 1330 in urbe Polæ
## de Provincia Istriæ
## composita.

Extat in vol. 5. Theatri Chemici.

Ratione prognosticationis super determinatum tempus et diem
et horam Crisis, nativitatis & generationis hujus lapidis ars ista
difficillime comprobatur quoniam non est nisi unum tempus
determinatum orbis ipsius in cujus orbe observatur tota na
tura et elementorum simplicium depuratorum conjunctio &
radix totius operis et pondera sapientum quibus ignoratis et
totum magisterium ignoratur. Unde Hali in libro secretorum:
Qui hunc lapidem honoratum cum germinaverit et non fecerit
non surget alius suo loco: & qui nascitur et non facit
& non certificabitur quando nascatur, jam paravit se morti,
& peluniam suam perditioni. Quidam ponunt hunc terminum
uno anno, ut Rosinus et Plato, qui dicit in scholijs: Et scias
quod pauciores dies præparationis est circuitus et revolutio
luminarium majorem. Ratis autem ponit in novem mensibus
in lib. trium verborum. Alij in diebus septem [sc. a prima appa
ritione circuli albi maluriam circundantis.] Alij in 40 [sc. post
putrefactionem ~~completam quando dealbantur elementa~~] Alij in
80 [sc. ~~ab initio putrefactionis completam.~~] Quidam aliis modis
infinitis cum tamen in rei veritate non sit nisi unus ter
minus propterea quia una sola est decochio a principio
ad finem, sicut patet de generatione infantis et pulli. Sub
tempore autem concubitus secretum ignis, quod est maximum
in arte. De tempore Crisis et partus et ortus lapidis Philoso
phi semper mystice locuti sunt; tanquam indignis celare
sapientes. Ubi enim est operis perfectio vel ipsius annihilatio
quoniam in ipsa die imò hora, oriuntur elementa simplicia
[per decochionem unita ac] depurata ab omnibus inquinamentis
[addendo quintessentiam]
quæ egent statim compositione antequam volent ab igne &
convertantur in terram id est fixionem, & non prius nec
posterius. Cognitio autem hujus compositionis reddit totam artis
operationem vigilem et difficillimam, cum ipsa sit divina
et incredibilis, & quasi impossibilis credatur et judicetur.
Margarita pretiosa pag. 572, 573, 574.

Hora Crisis, nativitatis, generationis, partus, quando lapis germinaverit et elementa (post ablutionem salonæ) oriuntur depurata et egent compositione

Tempora

Prima pars operis terminatur in hora nativitatis et secunda pars hanc incepit

Philosophi complures ~~secundando~~ naturaliter operantes primam partem operationis compleverunt directe, sed secundam partem cum sit supra naturam ignorantes & non credentes sine qua prima permanere non potest, praetermiserunt & vacui a proposito remanserunt. Non enim permanet prima pars nisi alligetur secunda in eadem hora; quia haec secunda est clavis totius operis. Unde dicit Balgus in Turba Philosophorum. Vidi tempore nostro quendam qui elementa sciebat quemadmodum et ego. Deinde Medens hanc erexit dispositionem, ad cujus lachrimam non pervenit propter tristitiam suam in regendo & [im]patientiam nimiamq; festinationem ad propositum, &c. Et dicit Gregorius in eodem: Vidi quendam tempore meo qui hoc incepit opus & veritatis naturas est operatus: rubore autem aliquantulum morante putavit se errasse & sic dimisit opus &c. Ich duo qui sic erraverunt sciebant elementa simplicia artis et depurata et eorum ad invicem mixtionem & signa apparitionis ipsorum et omnia necessaria huic arti neqs deficiebat eis aliquid nisi cognitio certa determinata diei, imo horae ortus & partus lapidis, in qua fieri debet conjunctio elementorum simplicium ~~de invicem determinata~~ & finis totius operis. Prop horea igitur quia non fuerunt attenti in visione horae illa evanuit totus ex manibus eorum. Lapis enim hunc orbus est candidus et volans ab igne propter perseverantiam ignis & evanescit in fumum simul cum lapide fixo, cum summa volatilis hunc superet summam fixi. Sed si per ingenium artis hunc summa fixi superat summam volatilis: quod fit per compositionem elementorum simplicium ad invicem retinebit lapis fixus volatilem & permanebunt invicem in aeternum, et non aliter. Et hic est tota fortitudo Alchemiae. Eget igitur lapis iste in ortu suo auxilio artificis ut sit hunc vigilans, et oculata fide videat quod germinavit, & cum voluntate sociata naturae perficiat ipsum vegetando, & non ultra ~~est~~ erat. Sicut infans tempore nativitatis perfectus est de se et si hunc non egreditur suffocatur et moritur: sic quando hic lapis oritur, est perfectus per se, sed deficit ei tinctura & fixio stans et conjunctio matrimonialis. Ideo eget auxilio artificis extrahentis ~~ipsum~~ hunc statim ipsum et complentis eum, ut dictum est. ib. p. 584, 585, 586.

Abseq; compositione in hora illa, rubor finem tardabitur

In hora illa lapis oritur candidus et volatilis, & summa volatilis hunc superat summam fixi nec figitur nisi per compositionem summa fixi superet summam volatilis.

NB. Philosophi antiqui vocarunt primam partem operis usq; ad horam nativitatis, et principium operis ipsam lapidis nativitatem et germinationem, & hoc fit in die complementi decoctionis et sublimationis perfectae. Finem autem et complementum totius operis appellaverunt rubedinem lapidis sicut digesti. ib. p. 587

Fermentum dicimus quod res alias ~~ex quibus fit sui generis~~ in suam naturam convertit, ut fermentum pastae convertit in similes partes pastae

pastæ suæ, et non convertitur, & nec convertit pastam alienam nisi ab
~~hoc~~ prius alteretur et recipiat virtutem novam alterandi aliam pastam
ad se. ☞ Fermentum autem apud Philosophos dupliciter videtur
dici. Est enim vel lapis ipse ex elementis suis compositus et
perfectus, qui ulig; convertit omnia sui generis ~~metalla ex quibus~~ constat
in suam naturam ~~convertibile~~ per projectionem: vel illud quo lapis
ipse perficitur et completur & sine quo lapis constare non potest.
Hoc autem fermentum est occultum sensui [in ☿°] sed intellectui
lui et rationi est manifestum et est corpus retinens animam
& hanc anima suas vires demonstrat, et cum suo corpore
est unita, quas vires sine unitione demonstrare non potest.
Cum igitur animam candidam artifex visu perpenderit suo
corpori eodem momento conjungit. Non enim potest anima
sine suo corpore delineri. Talis autem unio fit mediante
spiritu, quia anima non potest vitam habere in corpore
suo nec perseverantiam nisi per spiritum; et talis unio
et conjunctio est finis operis. Neq; est intelligendum quod
hoc corpus cui unitur sit aliquid novi et extranei quod
addatur nisi quia quod erat occultum [in ☿°] fit manifestum &
e converso. Unde dicitur in Turba & in Lilio Milvescin-
do, quod corpus habet majorem vim fratribus suis id est
animæ et spiritui. Et dicit Plato in Stellicis: Non retinet
ter res nisi a fortiore illa. Unde sicut pasta absq; fer-
mento suo intrinseco occulto et non cum alieno fermen-
tari non potest: ita sine hoc corpore occulto spirituali
lapis non potest nec perfici nec compleri, quamvis in ve-
ritate, ipse lapis secundum se totum & secundum corpus
& secundum animam et secundum spiritum semper sit
idem secundum rem: sed secundum diversas relationes &
intentiones Philorum dicunt ipsum esse nunc hoc nunc illud.
Et hoc voluit Plato quando dixit, quod materia fluit
in infinitum nisi forma sistat fluxum. Oportet enim
quod corpus retineat animam ne ipsa fluat. Et in
quarto stellicorum: Oportet quod ~~jungatur~~ anima cum suo
primo corpore de quo fuit, & non cum alio: quod nisi
fieret, deficeret a proposito sicut plures operantium ea
quod ignorant hoc secretum. Et Rasis in Lumine luminū
Corpus est vinculum et forma, spiritus et anima, et mercu
rius est materia quæ figitur et informatur et est de na
tura spiritus. Corpus autem est forma informans tam la-
piden quam aurum. Hoc igitur corpus est forma et fer-
mentum et perfectio et tinctura quam Philosophi quæ
sierunt & est Sol et aurum Philosophorum, quod est
album in actu et rubeum in potentia, & album est
imperfectum et perficitur rubedine & non alio ut dici-
tur in Turba. Et hoc est quod dixit Rosinus: Sol albus
est apparitione rubeus verò experimento. Et Anaxa-
goras dixit Solem esse lapidem rubeum ardentem, animā

autem

Corpus seu au-
rum dicitur fermen-
tum propterea quod
convertit ☿ in natu
ram suam, & cum
anima oritur con
jungitur cor
pori de quo fuit,
mediante spiritu,
et hæc anima est
alba et de natura
Lunæ et dicitur
☿ nīr: et corpus est
forma et tinctura
& fermentum et
aurum nīre album
in actu et rubeum
in potentia.

autem cui jungitur Sol spiritu mediante fit alba et est de natura Lunæ & dicitur argentum vivum philosophorum. ib. pag 607, 608, 609, 610, 611, 612.

NB Corpus a philosophicis dicitur quicquid fixum est et non fixum relinet: Anima quæ incorporeum sive volat ab igne et corpus secum rapit Hanc animam aliqui vocant aerem, alij ignem, alij nubem aut vaporem incorporeum: et spiritus quod subtilialus vel solutus vel liquefactus ad ignem habetgz potentiam resolvendi corpus cum anima in vaporem vel retinendi animam cum corpore ad pugnam ignis ut non evaporent. Quia spiritus cum æqualis fuerit facit corpus retinere animã & cum fuerit fortis facit animam separari à corpore: quoniam sine spiritu nec anima cum corpore manet nec a corpore separatur cum sit eorum vinculum. Una tamen et eadem res in subjecto est habens omnes istas proprietates & operationes. Dum enim in liquefactio ne permanet ratione subtilitatis dicitur spiritus sine quo spiritu non potest fieri generatio animæ et corporis nec conjunctio animæ ~~et~~ corporis. Unde in toto magisterio dominatur spiritus in actu usqz quo generetur anima et corpus. Dum autem volatz potest ab igne dicitur anima, dum autem manere potest in igne & perseverare dicitur corpus. ~~ib. p. 612.~~ Igitur si prævaluerint vires corporis supra vires animæ per ~~Patrit Rigitur~~ æqualitatem spiritus, tunc corpus retinet animã et spiritus permanet cum eis quandoqz in actu quandoqz in Rabilu ib p 612, 613.

Patrit igitur quod absqz sole ars Alchemiæ non perficitur quoniam ipsum est verum fermentum tam solis quam Lunæ. Unde Rasis: Rubicundus servus candidam duxit uxorem. Et alius: Nisi quis ruborem cum candore adjiciat et introducat etiam quod cum labore et expectatione paravit ad roboris fulgorem accedere non potest. Ex his patet etiam quod duplex est aurum, unum album, aliud rubrum de quibus dixit Rosinus: Nisi ~~quis~~ aurum in aurum ponas nihil habes. Et de hoc auro albo dicit Rasis quod ipsum est corpus neutrum, quia nec aqueum nec aereum. Et hoc aurum album est argentum vivum de quo dicit Geber cap de argento vivo quod nullam metallorum submergitur in ipso nisi sol et quod medium est conjungendi tincturas. ib. p. 613.

Aurum album est in quo nil submergitur nisi sol et est medium jungendi tincturas.

Cum operans in decoctione sua et putrefactione pervenerit ad finem primi gradus in quo apparet color primus et simplex post antecessionem omnium aliorum colorum, qui color est albus tempore maturationis apparens, tunc statim incipit secundus gradus operis: et hic secundus ~~est~~ gradus est fermentum et fermentatio massæ. Tunc enim elementa omnia debent æqualiter poni derari [i.e. ita ut tres sint partes animæ candidæ quasi tria æqualia elementa involventis et una pars corporis quod elementum quar vel potius ut lum est] quæ includit ignem æquatur aquæ quæ includit aerem & commisceri & non palpari cum sint facta in illo [albo]

finis primi operis est in colore primo simplici qui post putrefactionem et omnes colores apparet albus est. Et hunc lapis componitur et fermentatur cum auro quod ex eo fuit. Alias opus perit.

[albo] colora simplicia & mundissima & cum commixta sunt facta sunt perpetua super ignem, et operans facius est divus. Verum summe cavendum est ne terminus praberat Nam ut panis et confectiones mellis et sacchari, et sapo cum fuerint in complemento suæ decochionis, perfecta sunt et ab igne removenda sunt, & si ultrius coquantur comburuntur et destruuntur ~~quamvis completa et perfecta sint~~: sic fit in nostro lapide. Oportet igitur artificem esse, vigilem cum fuerit continuè in opere, ut cum provenerit ad gradum primum illius perfectæ decochionis, in quo sublimius non potest videri, ibi permaneat. ~~& corpus conjungat~~ Nam si ultrius transcendat ~~corpus opus~~ evanescit opus: quia summa volatilis quæ est de natura spiritus superat summam fixi quæ est fermentum propter vim caloris ignis: & sic evanescunt omnia elementa. Quicunqs ergo hunc per compositionem sciverit pacificare et concordare elementa cum sint contraria perficiet opus et faciet mira et non aliter. Ideo dixit Rosinus: Miror, Philosophi, qualiter ignem et aquam sibi ipsis placabiles esse fecistis, quousqs in regimine simul habitaverunt. Causa hujus videtur mihi quòd in fine perfectæ decochionis & putrefactionis, natura general ministrationè artis materiam simplicem nudam non conjunctam forma sua quam antiqui vocaverunt materiam primam propter similitudinem cum materia prima mundi antepropter similitudinem cum materia prima mundi antequam informaretur: et eget hæc materia conjunctione cum forma sua quæ est fermentum: quod quidem fermentum occultum est in gremio ejus: quæ conjunchio ~~statim~~ debet fieri statim in ordine materiæ ut materia permaneat & perseveret. Natura enim sola hanc conjunctionem facere non potest, quia achio natura continua est cum igne. Hæc conjunctio [scientibus] est res facillima. Unde Rasis: Conjunctio vero mercurij cum vitro difficilis est ad inveniendum non tamen est res facilior in mundo. Et Morienus: Et in hora conjunctionis maxima mirabilia apparebunt. Et sicut elementorum ablutio et depuratio fit propter præsentiam ignis sic post eorum ablutionem conjunctio et perpetuatio fit hinc propter ipsius absentiam. Natura enim generat materiam simplicem informem non conjunctam suæ forme [sed conjungendam.] (secundum Alchemistas loquendo) Jb. p 618, 619, 620

Elementa in hac arte, sunt humidum et siccum id est aqua et terra, & in aqua est aer et in terra ignis. Et quia aqua et terra adæquantur in ponderæ et virtutibus et aer adæquatur aquæ & ignis terræ et sic mixtum fit perpetuum; ergo necessariò quatuor elementa conveniunt æqualiter in compositione lapidis philosophorum et sunt signum hujus est quia cera dum liquefacta est ipsa

Elementorum proportio in compositione prædicta. Terra et aqua æquantur in pondere ac virtutibus & in his duobus latet aer et ignis

ipsa sola dicitur aqua ratione humiditatis, dum autem coagulata est ipsa sola dicitur terra ratione siccitatis: quia quolibet modo aequaliter ponderat. Unde Alexander in fine Epistolae: Scias quod Philosophi omne calidum ignem vocaverunt et omne fluxibile aquam et omne ~~siccum~~ coagulatum terram vel lapidem &c. Et nego aqua nego aliquod elementum simplex confert nobis aliquod utile in arte nisi omnia divisa & depurata invicem conjungantur et aequentur perpetuò Ergo necessariò cum generata erit aqua munda et candida oportet quod ei terram conjungamus eadem hac hora et conjunctis. istis duobus omnia quatuor conjuncta sunt; et hanc perfectum est opus: et si non conjungantur tunc aqua resolvitur in fumum cum terra, & per consequens alia elementa propter vim & perseverantiam ignis, & sic opus annihilatur. In auro seu fermento sunt omnia elementa ratione qualitatum, quatuor contrariarum aequaliter proportionata & aequata quod nullum vincatur a contrario. Et secundum hunc modum in compositione lapidis philosophorum [i.e. in compositione mercurij] et in auro conveniunt quatuor elementa aequatione vera secundum omnem possibilitatem naturae. Nam quemadmodum ab exordio mundi unum solum est elementum quod est materia prima, et ex ejus divisione propter repugnantiam quatuor qualitatum generata sunt quatuor elementa actu quae ibi erant in potentia: similiter in hujus lapidis ortu sunt quatuor elementa in uno in potentia quod est materia prima; quae elementa inenarrabili artificio dividuntur et complectuntur. Censemus porrò hunc lapidem esse perpetuum & incorruptibilem super ignem non solum propter adaequationem quatuor elementorum in viribus suis sed propter conjunctionem quinti elementi cum illis. Nam sicut major mundus ex quatuor elementis corruptibilibus ~~est~~ est compositus et uno incorruptibili quod dicitur quinta essentia: sic et ars, divinâ virtute, elementa quatuor lapidis corruptibilia nexu et modo unius incorruptibilis quod quinta essentia dicitur, in hoc minori mundo indissolubili copulavit quod quintum dicitur elementum. Unde Avicenna: Hoc est unum quinq. elementorum. Est autem haec quinta essentia sulphur divinum incorruptibile, quo compositum incorruptibile perpetuò perseverat. Et sicut humidum et siccum sunt elementa hujus artis secundum modum quem diximus: sic similiter anima spiritus et corpus cum sint unum et idem cum humido et sicco. Eodem modo fixum et volatile sunt elementa: similiter etiam candidum et rubicundum: Adhaec etiam sulphur et argentum vivum. Similiter aurum et argentum vivum

quoniam

Cum oritur aqua munda et candida conjungitur terra in eadem hora et conjunctis istis duobus conjunguntur omnia quatuor.

Sunt et quatuor elementa corruptibilia in aqua et quinta essentia incorruptibilis in terra seu ☉

Et haec duo sunt elementum humidum et siccum, id est anima spiritus et corpus: item, fixum et volatile, candidum et rubicundum, ☿ et ☿ ☉ et ☽

eadem sententia est omnium. Jb. p. 627, 628, 629, 630. [Conjungenda sunt ergo hæc elementa in proportione æqualitatis ut summa finci superet summam volatilis. Unde Bacho: Fac elementorum æquationem et habes.]

Fermentum a Philosophis dicitur et Venenum et Tyriaca. Nam si jungatur in hora nativitatis est Tyriaca ît salus tam Artificis quam operi: sin hora illa præteriat corrumpitur opus quia omnia elementa quæ erant miscenda evanescunt & sic fit artifici venenum et mors & desperatio & moritur etiam lapis. In hora nativitatis cum oritur anima, ipsa quærit corpus suum ut uniatur cum eo et recipiat vitam & operationem & unio ista fit mediante spiritu, & cum conjuncta fuerit corpori vivit in æternum cum suo corpore. Hæc autem conjunctio fit in ortu et resurrectione animæ quia quamvis prius creata esset cum suo corpore tamen propter inquinationem corporis & corruptibilitatem non poterat proprias et incorruptibiles ostendere operationes: imò tanquam mortua et inutilis jacebat, & quasi cum corpore tumulata. Et quando per magisterium ipsa purificatur & candidatur, resurgit a suo corpore separata & tunc suum corpus est etiam purificatum & ipsa quærit suum corpus & desiderat conjungi sibi ut in æternum vivat, nec potest conjungi cum corpore alieno. Evolat enim ab igne brahens secum corpus suum ad volatum, antequam alteri corpori patiatur se conjungi & uniri: & sic opus annihilatur et artifex a suo proposito vacuatur. Ideo corpus dicitur Tyriaca ipsius animæ cum anima per ipsum salvatur & per ipsum beatificatur; et dicitur venenum, cum sit causa mortis animæ perpetuæ quando per ingressionem artificis non jungitur. Hic lapis cum in decoctione oritur, oritur in diebus præfinitis ad similitudinem argenti vivi candidissimi & dicitur argentum vivum et est argentum vivum philosophorum ut ex verbis eorum omnium conspicimus. Et quia ex argento vivo nulla utilitas sequi potest nisi cum corpori suo conjungatur et ab eo mortificetur: ideo necessariò ut veritas et finis constet operis oportet ut a corpore suo tunc interficiatur. Et quia omne interimens, large sumendo, dici potest venenum ideo istud corpus dicitur et dici potest venenum sine quo hoc opus constare non potest. Et quia talis interemptio est salus et perfectio ejus quod interimitur ut vivat vita incorruptibili in æternum ideo dicitur Tyriaca. Hoc autem venenum et Tyriaca est corpus antedictum et fermentum & clavis totius operis & est forma solis et flos auri. Unde Zeno in Turba Saiolæ quod nullum corpus est pretiosius ~~nec~~ purius et quod nullum venenum tingens generatur absq; solis et sua umbra. Qui igitur philosophorum venenum

absq;

absq; ~~sole et ejus umbra~~ hoc facere conatur, jam erat, qui vero sapientum venenum sole et ejus umbra linxit ad maximum pervenit arcanum. Jb. p. 631, 632, 633, 634, 635.

De coagulatione et lacte, nec non de masculo et femina Philosophi in hoc lapide tractaverunt. Sunt enim de secretissimis terminis hujus artis; quibus ignoratis et ars tota ignoratur. Coagulum apud philosophos dicitur illud quod in capitulis est dictum corpus sive fermentum sive venenum sive flos auri, quod est occultum in mercurio philosophorum quando oritur & ille mercurius dicitur lac. Illud enim coagulum est quod illum coagulat mercurium, & ipsum et mercurius sunt unum et idem in substantia, ita quod seipsum coagulet & non ab alio coagulatur, ut vere patet de cera liquefacta quando coagulatur. Et sicut coagulum fit ex lacte solo sed per quandam digestionem et decoctionem, alteram recipit potentiam et virtutem coagulandi illud lac in quo est: sic et hoc coagulum quod est in fio philosophorum orbem, recipit per quandam digestionem et decoctionem, alteram potentiam et virtutem coagulandi illum mercurium in quo est, et recipiendi, et perficiendi; cum sit in ipso et ~~percipiens~~ cum ipso orbem. Unde sicut coagulum dominatur lacti & ipsum coagulando ad se convertit & fiunt omnino unum coagulatum absq; diversitate, sic et hic. Propter quod non est confidendum in mercurio sublimato, sed in calcinato post sublimationem; quia cum fuerit sublimatus mercurius philosophorum, candidus de sui natura est volans ab igne: cum autem a suo coagulo coagulatur, calcinatur figitur et retinetur; & hoc coagulum est aurum philosophorum & venenum. Et scialis quod hoc coagulum est clavis philosophorum quia coagulando spiritus dissolvit corpora simul et semel in eodem momento. Unde Rasis: Gummi nostrum coagulat lac nostrum. Et Senior: Quando vidi aquam coagulare seipsam tunc certificatus sum quod res vera est sicut assignatur. Et lunc aquam coagulatam nominant nomine cujus libet masculi, deinde desponsaverunt cum femina, et ipse est ese ea, et ipsa est radix ejus & coagulatio ejus. Et Hermes: Lac cum parturitur [i.e. in hora ~~orbis~~ orbis] est humidum & post paulatim induratur. Est autem femina lac ipsum quod coagulatur & masculus coagulum quod coagulat, quia actio tribuitur masculo et passio femine. Nam in hoc lapide quando oritur, cum ipse sit liquidus & ~~patiens~~ fluens et patiens dicitur femina: suum autem coagulum a quo coagulatur ~~[illegible]~~ cum sit solidum firmum

germanens

permanens et agens in illud, dicitur masculus: compositum autem ex ijs dicitur lapis commixtus perfectus & fiunt in commixtione unum omnino, sicut in cera. Et sciendum est quod masculus et fœmina sunt idem & in eodem substantivo & sunt habentes virtutes diversas in tali subjecti unitatis. Quando ergo oritur lapis iste habet in se mixtionem masculi et fœminæ: sed oritur liquidus & fluens, volans, lucidus & coagulationem patiens, & sic est fœmina: coagulum autem oritur in ventre ejus et est solidum, stans, permanens, umbram ostendens, sicut faciunt lapides pretiosi lucidi; & coagulationem in illo faciens, & est masculus. Et sicut patiens & fœmineum est quid diminutum et imperfectum: ita masculinum cum sit agens, est quid completivum et perfectivum ipsius. Unde Hermes: fili extrahe a radio suam umbram. Radius est humiditas et fœmina, umbra vero est siccitas in humiditate occulta et est masculus: Cujus autem hic generatio fuit a natura ante generationem fœminæ. Cum autem hic lapis in sui generatione sit primo albus & secundo rubeus, ideo dicitur primo senex & secundo juvenis: eo quod rubedo in cute et capillis est juvenum, albedo senum. Porrò lapidem ratione humiditatis Philosophi dixerunt Ægyptiacum, ratione siccitatis Persicum, (eo quod Ægyptus sit domus humiditatis & Persia siccitatis;) & quod Ægyptij terræ Persarum egent subsidio, sicut dixit Milorscindus. Omnis enim putrefactio fit in humido, finis autem putrefactionis est siccitas et incineratio. Dum ergo fuerimus in fine putrefactionis completa, oportet desiccare, & hunc fit conversio elementorum quia humidum fit siccum & Ægyptij recipiunt subsidium a Persis: et sic lapides alternatim ad invicem commutantur. Et ideo putrefactio non valet alibi quàm in Ægypto: ipsius autem finis non nisi in Persia. Secundum ergo hunc modum assignaverunt in hoc lapide mulierem prægnantem, masculum rubeum in utero habentem, et parturire clamantem [i.e. in hora qua nativitatis dicitur.] Unde lapis qui superius dictus est fœmina est mulier prægnans: qui autem dictus est masculus est stans in utero, paratus ad partum. Et ideo in coagulatione apparet partus, quia lapis dictus fœmina parit lapidem alium: quia quod erat fluxibile, fit coagulatum [scilicet coagulo in hora ortûs adjecto.] Jb. p. 636, 637, 638.

NB. Petrus Bonus Ferrariensis dicit se libris veterum legendis operam plurimum dedisse, sed operationi et labori raro fuisse deditum: se enim velle fundamentum ex libris prius eruere. Jb. p. 639. Sobalem tamen hic auctorem a Philalethe in cap. 2 de Mtall. Metamorph. p. 19, et a Dionysio Zachario p 723 & 732 & 733. Sed et Dionysius in operis sui libro secundo Bonum Ferrariensem quam-maxime sequitur & ejus sermones propendum transcribit.

# Ex Dionysij Zacharij Opusculo

Zacharius anno salutis 1546 postridie sanctorum Parisios appulit & libros veros comparare cœpit, deinde post annos duos breve die altera Paschatis laborare cœpit & eo die anni sequentis opus comple & facta projectione transmutavit ♄ in ☉. Theatr. Chem. vol. 1. p. 719, 720, 721. Ab eo probantur Authores Hermes Pythagoras, Plato Socrates, Zeno, Haly, Senior, Rasis, Geber, Morienus, Bonus, Turba Philosophorum, Trevisanus, Lamentatio naturæ, Liber, Rosinus Arnaldus, Ramundus, Alphidius. Item Hamech Hebræus qui scripsit hebraice, Thebit et Haly Chaldæi qui scripsere chaldaice, Democritus & Theophrastus Græci græce, Aboholy Geber et Avicen na Arabes arabice.

In operis compositione quatuor intrant elementa, quorum duo reliqua duo comprehendunt terra ignem et aqua aerem. Cum igitur materia nostra constet ex aqua et ex terra, sunt in ejus compositione quatuor elementa: duo manifesta sub quibus alia duo latitant oculis velata corporis, ignis videlicet et aer. Quemadmodum autem natura in metallis sublimioris & puriores metallorum et mineralium partes in sublime plerumq; exaltat sic nos naturam imitando procedimus in prima nostra operatione per sublimationem qua materiam nostram optime purificamus: impossibile namq; fuerit nobis aliter præparare. Quicquid enim facimus nihil aliud est quam administrare naturæ per artem materiam ad compositionem operis necessariam, quam ipsa natura non potuit in hanc proportionem connectere quia ejus actiones continuæ sunt. Ratione hujus tam admirandæ conjunctionis elementorum scientia nostra divina appellatur: quam vero conjunctionem Philosophi secundam operationem appellarunt & nonnulli dissolutionem, asserentes arcanum arcanorum esse. Hic est lapis de quo Hermes tractatu 4to: Lapis noster divinus cognoscendus est qui clamat assidue; Defende me et ego juvabo te, da mihi quod compulit ego tibi vicissim optime succurram. De eodem occulto corpore loquitur primo suo tractatu: Falco semper in cacumine montis clamans; Ego sum album nigri et rubeum citrini. Scientiam nostram inutilem esse præter istam conjunctionem ratio est, quia tempore natalis vitalis et procreationis operis nostri divini pars volatilis secum defert partem fixam. Aliter enim quam per istam admirandam & plusquam supernaturalem conjunctionem efficere haudquaquam possemus ut in igne fixum opus permaneret, ut (quod omnes Philosophi præcipiant) fiat fixum volatile denue volatile fixum. Ista conjunctio fieri debet ipsamet hora suæ nativitatis, ut inquit Haly: Quicunq; nostrum lapidem non invenerit hora suæ nativitatis non est quod alium exspectet ejus loco. Nam is qui divinum opus nostrum aggreditur absq; notitia determinata nativitatis ejus horæ nil

El quatuor elementa in opere nro evidentia esse plenius falso putabant, ut infra dicetur ubi terminos artis declarabimus.

ex

ex opere suo consequitur unquam praeterinubiles omnino
labores & poenas erroris sui. Hanc eandem conjunctionem Rasis
libro praeceptorum propria vocat pondera philosophorum & regi-
mina, suadens ut ab hoc opere divino prorsum abstineamus
si non cognoverimus exactissime pondera quae Philosophi
prae cunctis alijs arcanis occultarunt, ut patet ab eorum
scriptis varijs. Nam ubi quis dixerit ejusmodi conjunctionem
divinam fieri die septimo, mox reperies alium qui asserat
quadragesimo die compleri: alium centesimo: alium sub finem
mensium septem aut novem quod Rasis: alium sub anni finem
ut Rosinus. Vix duos hac in re concordantes legere poteris
Cujus tamen unicus sit idemq; terminus, unicus dies imò
unica sola et eadem hora quae fieri debet nostra conjunctio
ad propriam suam decoctionem. Verum quoniam dovement
arcanum hoc potissimum se non revelaturos, de studio
diversos scripserunt terminos quamvis inter se conveniant,
intelligentes unicum quo cognito nihil aliud est quam opus
mulierum & puerorum ludus ut ait Socrates: Ecce tibi veram
dispositionem albi plumbi demonstravi (hoc est veram praepa-
rationem materiae quae nigra prius ut plumbum apparet
postmodum [in hora ortus] albescit per nostram continuatam decoctionem,)
si hanc probe intellexisti residuum nihil aliud est quam opus
mulierum & ludus puerorum. Innuens per haec verba
nullum opus hoc nostro levius post conjunctionem existere:
quod sane verissimum est, cum non sit opus alio labore
quam sola decoctione duarum materiarum jam conjuncta-
rum. Interea dum coquantur quies datur optatissima, quae,
ut ait Philosophus Ethicorum 7, longe delectabilior est quovis
labore. In hac enim decoctione omnes dissolutiones, calcinati-
ones, sublimationes, dealbationes nbificationes ac reliquae
operationes de quibus agunt Philosophi, in igne fiunt praeter
unionem, idq; in uno vase solo, duplici tamen. De quo
Geber: Unica est perfecta via qua relevamur a tantis
praeparationum operationibus. Jb. p. 728, 729, 730, 731, 732.

Natura in procreatione metallorum postquam erea
vit materiam id est argentum vivum, tanquam sagacissima,
proprium adjungit agens, nempe pinguedinem longa decoc-
one inspissatam quam sulphur vocamus, quaq; compara
tione ad mercurium facta est ut coagulum ad lac, vir
ad feminam agens ad materiam ei subjectam. Philoso-
phi duplex sulphur posuerunt, unum facillima ligue-
factionis, alterum vero congelatum solum et non fusibi-
le. Metalla coagulantur actione sulphuris fusibilis ut essent
liquabilia: alia mineralia simplicia componuntur actione
sulphuris non fusibilis, ut Magnesia, Marcasitae et id genus
alia. Cum autem agens non possit esse pars materialis
compositi: natura procreans metalla sub terra postquam
dictum sulphur miscuit cum argento vivo, compositi

one

ona quidem inenarrabili pretiosissimum inde general metallum, aurum videlicet: ab eo, decoctione perfecta, separando suum agens, id est, sulphur. Et hac est ratio cur sit perfectius omnibus alijs metallis & cur non ultra transmutatur. Item hac de causa melius & facilius conjungitur argento vivo, quia nihil aliud est quam argentum vivum proprio suo sulphure decoctum & prorsus deinceps ab eo decoctione dicta separatum. Cetera metalla sunt auro imperfectiora ob defectum completæ digestionis qua sola separatur agens ab eis, id est sulphur. In eo declaratur potissimum ac præcipuum arcanum totius artis nostræ. Cum enim ars imitari naturam in suis operationibus debeat, necessarium, priusquam divinum hoc opus nostrum perficiatur, agens vel sulphur suum erit separandum. Quod quidem occultarum omnes Philosophi, relegantes nos in suis libris ad naturales operationes quas abunde satis declaravi. Est igitur materia nobis unica quam natura nobis præparavit qualis est nostra per se componere minime potest: et hæc est argentum vivum animatum, id est impregnatum agente suo, quod tandem tam in arte nostra quam in minaris terræ ab eo separatur. Hanc materiam natura nobis præparavit ut nihil desit præter hæc duo, scilicet eam purificare et perficere. Ex hac enim tam natura quam ars metalla general. Dicit tamen Gebar materiam nostram extractam esse ex metallicis corporibus cum arsenico suo præparatis. Jb. p. 733, 734, 735, 736, 737.

Materia prima a Philosophis Chaos appellatur in quo confuse quatuor sunt elementa quæ obtinuam contrarietatem qualitat suas actiones demonstrando manifesta nobis facta sunt. Quare Alexander: Quicquid, inquit, antiqui demonstratum fuit esse calidæ qualitatis, ignem esse judicarunt, quod siccum et coagulatum fuit esse terram, quod humidum et labile apparuit eis esse aquam, quod vero frigidum subtile ventosumque visum est esse, aerem appellarent. Horum duo in omni rerum omnium compositione sunt in aqua, et ignis in terra. Et quia duo conclusa non possunt actiones suas demonstrare absq; alijs duobus, ideo hæc vocant debilia elementa, et alia duo fortia. Hac de causa dicunt composita esse perfecta quando humidum et siccum id est aqua et terra conjuncta sunt æqualiter appetitio naturæ cum frigido et calido quæ sunt aer et ignis, per quod fit conversionem unius in aliud. Quare Alexander dicit: Si convertunis elementa in se invicem, invenies quod quæris. Hæc sententia bene perfecteq; cognita nobis demonstrat veram materiam & perfectam indicat scientiæ nostræ practicam. Quapropter ut melius intelligi queat, proprius de quatuor elementis et eorum natura loquiendum est cum sint necessaria in operis nostri divini compositione. Hermes ait: In terra nostra creata sunt alia quævis elementa. Alphidius contra profert aquam esse præcipuum elementum ex quo cætera elementa, ad operis nostri divini compositionem requisita

creata

creata sunt: in quibus nulla Rabelur ut apparet contradictio
Nam ab initio [in vase duplici] procreationis operis nostri divini nihil aliud
apparet, quam aqua sola quam Philosophi vocaverunt mer-
curialem aquam, ex qua terra procreata fuit cum inspissare
hac conjunctione decochionaqs supernaturali, sine qua nobis
est inutilis. Proinde vera locutus est Hermes dum dixit ex
terra prodijsse reliqua elementa, cum ipsa sola suas demon-
strat ~~operationes~~ qualitates in operatione secunda, non secus
atqs aqua suas demonstrabat in operis initio. Hæc sunt illa
duo elementa quæ philosophi dicunt esse cognoscenda priusquam
aggrediamur opus. Ut Rasis: Priusquam, inquit, incipiatur opus
est cognoscenda natura et qualitas aquæ et terræ quia in istis
duobus comprehenduntur quatuor elementa: alioqui volatile
fixum rapiet secum & scientia nostra nobis inutilis est
futura. Hac de causa præcipitur elementorum quatuor con
versio ut divinum opus nostrum rite qualificatum in fine
fiatur, utqs veritate valeat ignis omnis violentiæ non aliter
quam aurum minerale propter magnam suam perfectionem.
Ista conversio elementorum nihil aliud est quam terram quæ
fixa est, volatilem reddere, & aquam quæ est humida volatilisqs
siccam et fixam efficere: quod probe fit continuata nostra de
coctione in vase nostro præter omnem amotionem vel apertio-
nem ne forte nostra pereant elementa et in auras avolent
in fumum [i.e. in vase secundo, nam in primo quam primum
sulphur coagulatur in naturam lunarem abstrahitur vola-
tile ne fixum rapiat secum & fixum digeritur per se in
naturam solarem in vase altero coquendum.] Hoc ipsum attestantur scripta Rasis et
aliorum quam dicunt veram separationem et conjunctio
nem elementorum quatuor in vase nostro [i.e. secundo] fieri nullata
nus lacte manibus pedibusve: quoniam, ut aiunt, lapis
noster [post conjunctionem] seipsum dissolvit, coagulat, albit,
purgat albificat et rubificat, præter extraneæ rei
cujusvis additionem vel ~~operationem~~ mixtionem. Jb. p. 738, 739.

Hermetum est corpus quod divinum opus nostrum perficit
quod quidem oculis est incognitum & intellectu solo perceptibile.
Etenim ab initio materia nostra apparet volatilis, quam nos
oportet conjungere proprio suo corpori, ut hoc medio retineat
animam, quæ medio istius jam factæ conjunctionis, medianteqs
spiritu, suas divinas operationes demonstrat, uti legitur in
Turba: Corpus plus habet virium quam duo fratres ejus, quos fixum
vocant spiritum et animam. Corpus vocant omne simplex
quod ex propria sua natura potest ignem sustinere absqs
ulla diminutione: Animam appellant omne simplex per se volatile
potestatem habens secum rapiendi corpus [internum] ac deferendi
ab igne: Spiritum dicunt id quod potestatem habet reti-
nendi corpus et animam, istaqs duo simul adeò conjungendi
ut non possint amplius separari, sive perfecta sint sive
imperfecta. [Igitur anima est ☿ corpori spirituali unitus &
corpus est ☌ ☉ inde per digestionem coagulantem & destillati
onem

onem & ulteriorem digestionem extractam idq; tam ante putrefactionem quam postea, & spiritus qui a corpore coagulato destillatur.]
Igitur in opere nostro divino ab initio nihil intrat novi, puta post primam praeparationem, nec in operis medio nec in fine: verum Philosophi diversis respectibus & considerationibus rem unam et eandem vocarunt corpus animam et spiritum
Primo cum materia nostra esset volatilis vocarunt animam quia secum deferebat corpus. Dein postea quam id quod occultum erat, manifestum est in nostra decoctione, tum demum corpus [per conjunctionem in albido vase] vires suas palam fecit, mediante spiritu [a se destillato] hoc est animam retinuit, hanc ad propriam naturam suam reducendo, id est in aurum, eamq; sua fixavit potentia [tingente] per auxilium artis nostrae. Nam, ut Rosinus ait, ☉ verus Sol noster apparet albus & imperfectus in nostra decoctione & est perfectus [per ulteriorem digestionem] in rubeo suo colore. Fermentum est de quo loquitur Arnaldus in suo Rosario, quod apparet illis duobus coloribus, non lactum neq; nixtum alteri materiae cuipiam. ~~ut per ea scripta posse~~ Similiter Anaxagoras: Sol noster est rubeus et ardens, qui conjunctus est animae albae & naturae Lunae spiritus medio: quam vis totum sane nihil aliud sit quam argentum vivum Philosophorum. Industrium igitur ac vigilantem operatorem esse oportet ne terminum et horam nativitatis aquae nostrae Mercurialis praetereat, ut adjungat ei proprium corpus quod antea fermentum appellavimus et jam venenum vocamus & Theriacam; tum quod ☿ vio et mortem affert & salutem post mortem; tum etiam quod Artifici si horam non praeveat, lethalem & salutem affert, seeus maerorem ac dispendium. Proinde sciendum est, quando Mercurius noster [quoad colorem suum] apparet simplex, et labilis ipsumq; Philosophi lac vocarunt cujus coagulum appellant id quod nos supra fermentum venenum et Theriacam vocavimus. Quia velut coagulum ☽ non differt a lacte nisi pauca decoctione, nostrum coagulum etiam à nostro mercurio non differt nisi per decoctionem [ulteriorem] quam acquisivit antea. Et hoc est magnum et supernaturale secretum, ob quod Philosophi nostram scientiam divinam esse dixerunt, quia deficiunt in ea rationes humanae. Hoc est coagulum quod Hermes vocavit florem auri: de quo volant intelligi cum inquiunt In congelatione spiritus facta est vera dissolutio corporis: et e contra, in dissolutione corporis facta est vera congelatio spiritus. Quia per ejus medium totum perficitur opus ut ait Senior: Cum vidi nostram aquam (id est nostrum mercurium) per se congelari, credidi firmiter nostram scientiam esse veram. Philosophi masculo actionem & faminae passionem tribuerunt ideoq; coagulum nostrum pro masculo et argentum vivum pro femina habuere. Et hi termini (fermentum, venenum, theriaca, coagulum hae, masculus et femina, Elementa, corpus spiritus et anima) quos

jam

jam exposuimus, in arte præcipui sunt: quibus cognitis vera materia non potest non cognosci, ac deinceps libri Philosophorum faciles facti sunt. Concludendum igitur cum omnibus Philosophis, non nisi unam esse materiam solam ex qua divinum opus nostrum adimpletur. Componitur igitur ex solo mercurio simplici (quem Philosophi proprio suo termino, citra ullam æquivocationem, mercurialem aquam vocant) coagulato per actionem sui proprij sulphuris (quod Hermes proprie vocavit florem auri) qui longa et continuata nostra decochione, tantam ac tam excellentem acquisivit perfectionem, ut opus hoc nostrum valeat omnia corpora metallica ~~quibus~~ imperfecta quibus conjunctum fuerit projectione in aurum verum transmutare. Cum ubique nulla qualitatibus contraria perfecte conjungi possunt, opus nostrum ex solo argento vivo conflatum, pati nullo modo potest conjunctionem cum sulphure quod remansit in metallis imperfectis, ob digestionis defectum, ut supra notavimus. Verum cum sit potentissimum et summa digestione perfectissimum, separat sulphur dictum a metallis, & argentum vivum quod in ipsis est, perficit in aurum. Nam cum projectionem ejus facimus super commune argentum vivum, reperimus ipsum totum fermè conversum in aurum: at supra metalla projectum vix transmutat tres quartas partes aliquorum & quanto magis metalla decocta sunt tanto minus hæc via diminuuntur. Jb. p. 738, 739, 740, 741, 742, 743.

Dionysius in ultima parte Libri sui decochionem lapidis describit per obsidionem Principis cujusdam in arce munitissima per annum integrum: quo tempore ejus copiæ primo vexillum nigrum ab hostibus reportant, deinde vexillum diversorum colorum, tum vexillum simile vexillo regis galliæ, deinde vexillum insignitum Luna crescente, postea vexillum simile signo maximo Imperatoris. Dein Princeps exiens capit maximum vexillum Imperatoris. Et a pugna rediens & fatigatus cibis prioribus obsidionis initio [imbibendo lapidem vel album vel rubrum septies] residuis, reficitur & hostem subinde ~~penitus~~ prosternat & fugabile: & sic fit Princeps omnium potentissimus. Jb. p. 746.

Regis nostri multiplicati et cibis refecti uncia una projiciatur super uncias quatuor auri puri liquefacti et inversis materiam totam frangibilem: quæ pulverizata coquatur per dies in monte clauso in vase proprio & optime clauso & firmiter obturato in calore postremi insultus quem ex facit in hostes. Hujus pulveris uncia una projiciatur ~~super~~ uncia una super viginti quinque marcas argenti vel cupri vel super octodecim marcas stanni vel plumbi, vel super quindecim marcas argenti vivi communis in crucibulo calefacti vel plumbo congelati. Materia mox spuma coagietur, & operatione completa crepitus fiet ac si crucibulum frangeretur. Tandem liquefiat hæc materia. Et erit in aurum conversa. Si dicta projectio

non

non observetur, materia colorem non mutabit. Quapropter
esset in cineritio magno fulminanda spatio trium horarum
sine plumbo, ut materia quæ non sint transmutata consu
matur. Reliquum in fundo purum est cemento regali
sex horis latius purgandum, & manebit aurum purissimum
minerali simile. Et hæc est via quam docet Raimundus
Lullius in suo Codicillo, quod ad Projectionem attinet. Viam
pro tinctura gemmarum docet in suo Testamento. Nimirum
lavandus et reficiendus est rex noster [per septenam in bibi
onem cum partibus duabus urinæ aquæ vitalis] statim postquam
a turmis allatum est ei signum album crescente Luna in
signibus [i.e. in congelatione Lunari] nec finis obsidionis est
expectandus. Et post ipsius refectionem primam accipiendus est
ad gemmas & lapides albos mercurius albus, quem Raymun
das argentum vivum exuberatum vocat, & ad rubros mercuri
us rubeus. Hic & albus destillandus est primum cum igne lentiore
deinde mutato recipiente cum fortiore, & liquor secundus
per se donec clarus sit splendensq; perlarum candido
lar rectificandus est a facibus deinde quater destillandus
ut Zaccharius docet. Ad medicinam sumatur pondere gra
ni unius post exitum regis & albo vino dissolvatur in argento
vase. Tingetur vinum citrino colore, quod ægris administre-
tur paulo post mediam noctem: uno die sanabitur si morbus
sit unius mensis; sin fuerit unius anni infra duodecim dies
vel infra mensem ubi morbus valde diuturnus fuerit. Ad con
servandam sanitatem sumendum ex eo parum singulis
annis bis sub initium veris et autumni forma electuarij.
Hoc medio sane viviter & alacriter usq; ad prædestinatum
vitæ terminum, Deum Deo cui laus. Ib. p. 747, 748

[NB. Vsus ad medicinam idem describitur in Manna. Ad
uniones & lapides pretiosos utitur Manna, spiritu albo et rubeo
ex materia putrefacta destillatis et rectificatis. Saracenus in
Aurora consurgente dat pulverem fixum rubri lapidis in polu
lepido solutum & Rubinos facit liquefaciendo eundem pulverem
cum crystallo. Sed et Aurora consurgens & Claingor Buccina
prescribunt lapidem fixum in aqua vel vino lepido solutum.
Illi docent lapidem rubrum in suo rubro fragrante solutum esse
in omni liquore solubili. Philalethæ ad gemmas faciendas utitur suo
summam medicinam.
Philalelha (in S.R. p. 61. Comment on Ripl Epist p. 36 & on his Gates p 300) prescribes a glass wch would hold 12, 16 or 20 times as much amalgam of ☉ & ☿ as you put in. In S.R. p 61, he puts an ounce & an half or two ounces of ☉ & an ounce of ☿ in a glass wch would hold two ounces of water. In his Comment on Ripl Epist pag. 3 Gates p 300 he puts two ounces in a glass wch would hold two ounces of water so ye glass be ¹/₁₂ full. But this ye glass be ¹/₁₆ or ¹/₂₀ full. In his experiments he puts 2 ounces in a glass equal to a Hens egg. p 36 he prescribes ye glass be ¹/₁₂ full. But this is to be understood of ye space wch ye amalgama of matter takes up: for when ye spirit is added ye whole alone takes up ¼ of what ye glass would hold as Philalelha describes in his Marrow of Alkimy Part 2 lib. 2, p. 26. So also other authors prescribe yt ye glass be ¼ full, as the Author of ye Privy Seal in aurifont. Chem. p. 47, 50; the anonymous author of the Observations in the glass pag. 3. Justinus Patris ad filium de arbore Solari cap. 9 in vol 6 Theat Chem p 189 Basilius, Law. 6. p. 23. Snyders in the Metamorphosis of the Plants, chap 18. p. 33. l 31. l 25. Lauretius in Vol 2 Theat. Chem. p 254, 256 vult duas esse partes semiplenas, vel potius ut tertia pars plena sit et duæ tertiæ partes sint vacuæ aut amplius. Et Anonymus in Theat. Britan. p 488 vult duas tertias partes vacuas esse. Sic etiam Groverius & Dominus vobiscum apud Lagneum in Harmonia Chemica in Vol 4 Theat. Chem p 768 & 770 volunt duas tertias partes vacuas esse. Et Cimbalum aureum in Vol. 3. Theat. Chem p 781 vult tres vasis partes aut minimum duas esse vacuas, & unam plenam. Et Aquarium sapientum in Museo Hermetico p 215 præcipit materiam in obturato vase ad partem tertiam inhumato, igni Philosophorum apponendam esse. Et Madrianus a Mynsicht in eodem Museo p. 95 describendo putredinem

nem, ait: Et accidit ut Eclipsis ista nubibus obtegeretur [scilicet in principio regiminis Jovis,] et sol micare inciperet: nihilominus tamen tres partes [sc. vasis rotundi] adhuc valde caliginosæ erant. Idem Hadrianus in Thesauro suo Medicamentorum pag 3 describendo quoddam Elixiris genus, jubet materias ad fixitatem cogendas duas conjungere, ita ut vasis tres partes manent vacuæ & quarta adimpleta videatur. Arnaldus vult duas partes vitri esse vacuas. Th. Ch. v. 3. p. 139.

In una materia patiente (quæ Draco est noster caudam suam devorans) sunt duo agentes sibi invicem contrarij, Sol et Luna, Mas et Femina, Frater et Soror Vir et Uxor: & per horum actionem Draco tandem corrumpitur. Charnock in schedula MS.

Duplex est periculum si vasis clausura non sit fortis, primò quod perdatur opus et labor sicut dictum est secundo quod interficiat vel Exitat Artificem; quia a principio lapis est sicut toxicum mortificans; in medio sicut spiritus vehemens et subtilis omnia penetrans; in fine sicut medicina perfectissime sanans. Unde dicit Artephius: Duo sunt cavenda in Magisterio. Primum ne igne incendatur, secundum ne exhalet: quia laderet laborantem et multas in eo infirmitates induceret. Quare necesse est vas fortissime claudere, non cum luto quovis vel cemento sed cum sigillo Hermetis. Laurent. Ventura cap. 17. p. 258, 259.

Eligimus duo Luminaria corpora ad fixandum omne illud quod non est fixum. Et ideo necessarium est quod illa corpora luminaria per retrogrationem elementariam sint ad suam primam naturam reducta scilicet in sulphur et argentum vivum per contrarias operationes, quæ sunt [Calcinatio,] Solutio, Sublimatio, & Sublimatio & Congelatio, non tamen vulgares sed philosophicas. - Quia corpora sunt fortis compositionis & ideo longa indigent separatione & contraria operatione, videlicet quod primò philosophice Calcinentur & postea etiam philosophicè Solvantur, prout natura requirit sub conservatione [speciei] quæ ad generationem aspicit. Quia quando calcinantur, levius dissolvuntur: quia calor ignis corpus penetrat, & penetrando partes ejus facit aquam posse post eum ingredi. Et sic corpus est magis dissolutionis susceptivum. Et quando bene dissolutum est, spiritus congelatur: et quando spiritus est congelatus, corpus est dissolutum. Quia sine congelatione spiritus non fit corporis dissolutio, nec dissolutio corporis sine congelatione spiritus Raymund. Theorica cap 19 in Th. Ch. vol. 4 p. 31, 32. Confer cum Ripleo porta prima et secunda & Grassæi Epistola p. 541 et Arca p. 339, lin. 1.

Solutio naturæ ad faciendum magisterium est quod lapis in quatuor elementa sit divisus, ut quodlibet per se secundum exigentiam suæ naturæ melius possit præparari, et hæc est purificatio rerum propriè dicta Elementorum separatio & ipsorum ablutio. Alio modum humidum non amant siccum nec corpus spiritum nisi prius essent optime a suis infectionibus ablata et mundificata per destillationes calcinationis dissolutionis

nes

ceris et congelationes. Fili propter elementorum separationem corpus
remanet combustum per salsaturam sulphureitatis comburentis
et ardentis quæ venit a labe et macula originali nostri menstrui.
Et ideo terra corporum calcinatur post extractionem aeris ad
finem, ut de sulphureitatibus salsis et combustibilibus bene pur-
getur et depuretur. Necesse est enim quod per corrupti-
onem lapidis compositum depuretur ab omnibus suis immunditijs
post separationem illius per quatuor elementa, per destillatio-
nem et calcinationem antequam Mercurius corpori [calcinato] conjugatur
pro incipienda reali præparatione quæ est lapidis nostri crea-
tio, scilicet præparatione quam natura facit per dissolutio-
nem corporis [calcinati] et congelationem spiritus [quo septies imbibi-
tur.] Et ideo necessarium est ut lapis per quatuor elementa
dividatur, et ista divisio solutio est quæ facta est ut substan-
tia lapidis fiat mundissima et totum non sit nisi purus mer-
curius qui portat in proprietate naturam fixandi et fundendi.
Quando igitur vis corpus post suam calcinationem dissolvi,
illud cum argento vivo dissolve quod exivit ab eo bene pur-
gatum atq; mundatum per septimam destillationem, quia hinc
corpus est multum dissolutioni habilitatum et argentum
vivum est multum efficax ad penetrandum illud et ad
intrandum per spongiositatem corporis sui in qua spiritus
congelatur beneficio dissolutionis naturæ fixæ corporis ac
illius mixtionis cum argento vivo. Et fili si nos intelligis
hæc est nostra dissolutio solemnis quæ fit per congelationem
spiritus et sine illa non. Item nos intelligas quod elementorum
separatio fieri non possit nisi post eorum putrefactionem per
quam spiritus miscatur cum corpore et cum ejus elementis
et illa facit volatilia sicut in eorum separationibus apparet. Deco
digerit et putrefacit elementa in suis stercoribus ut possit bene
separare et postea in humal res separatas ut melius possint
depurari et ut fiant argentum vivum ad modum aquæ claræ.
Sulphureitates combustivæ et corruptibiles beneficio calcinationis
separantur et penitus annihilantur et terra corporis commi-
nuitur et multum per talem digestionem subtiliatur: et
aquæ a suis immunditijs depurantur per destillationem
et subtiliantur et in naturam verbunter aeris per le-
vigationem levitatis. Postea potus facere conjunctionem
masculi et fœminæ ut ipsi per artem generent filium
ignis qui est tantum in amore omnium Philosophorum.
Si bene nos intellexisti hic jacet tota Philosophia. Ray-
mund. Theor cap. 63.

Postquam lapis noster factus et albus filium nostrum
generatum dicimus. Et licet puer homo sit perfectus corpore
et anima consistens non tamen aliam prolem generare potis
quin prius sua natura alimento educatur donec ad ætatem
generationi naturam pervenial. Accepimus a priscis illis
Philosopis qui sola natura sunt operati, aquam suam vivam
in partes duas esse partiam. Qui cum ad albedinem fixam
cum altera parte aquæ pervenissent eandem cum altera
parte reservata aut etiam solo forte igne rubefecerint.
Alij [igitur] in lapide rubro, quia ad supremum gradum ascen-
dere et per se augeri non possit; laboris quos antea con-
fecerint rursum sunt auspicati. Solventes eam rubedinem
cum altera parte aquæ reservatæ, ipsam ad primam ut ita
dixerim essentiam denuò reduxerunt; laborantesq; pena

in

in omnibus sic ut a primordio sed majori quidem hem ignis hem laborem industria: et hanc repetitionem veriorem aut majorem augmentationem crediderunt. Quare etiam tempore proliziori in lapide peragendo usi sunt primi Philosophi; quem minores nate alqs posteri anni curriculo soliti sunt absolvere. ea de re ut album lapidem, quo in Lunam tingere velint, [aut] spermate lunari per totum aut ei addendo alios spiritus, (albos videlicet e Jove & Saturno per sublimationem eductos,) augmentaverint. Quin etiam lapidem album [aut] spermate solari aut spiritibus aliis rebellis e Marte et Venere rubefecerint. Nam ejusmodi corpora inferiora multum tincturæ in se habent, & dicuntur spiritus cùm dicimus, Solve corpus id est lapidem et adjunge spiritus. Dicuntur etiam pueri quatuor quorum urina est aqua fortis qua aurum solvitur. Mineralis autem lapis trifariam distinguitur. Primus ex solo auro solaqs natura conficitur, et is est sublimior qui omnes aegritudines ~~curat~~ curare a Philosophis perhibetur. Alius simplex lapis est quando sola radix et sulphur auri aut argenti in fine spiritibus inferiorum [quatuor] corporum augmentatur: ubi Rex ponderat, Unum ad tria vel duo ad septem, in minori Turba posita ~~digeritur~~ discutiuntur, solo sulphure indigens aut aureo, aut argenteo. Ad sulphur aureum tres rebelli spiritus, ad argenteum vero tres albicantes reducuntur. Modò duo sunt sulphura & septem spiritus e quibus novenarius ille numerus excrescit alqs colligitur, de quo plenius in hunc usqs diem stolide sunt commentati. Tertium lapidem omnium metallorum sulphura cum suis spiritibus constituere dicimus, et [Ros ombus] per sapius repetitas solutiones & coagulationes partes innumeras tingere. Nam spiritus est multiplicabilis sed nullum corpus. Anonym. de Arte Chim. cap. 26 in Arte Aurif. Vol. 1. pag. 396, 397.

Primo agetur de solutione prima et separatione destillationeqs. Secundo agemus de conjunctione et fixione ubi de augmentatione ~~et fixione~~ secretissima [jam superius descripta] habebitur consideratio, quam in nullo libro mundi invenies. Primo enim componimus, compositum putrefacimus, putrefactum solvimus, solutum dividimus, divisum mundamus, mundatum unimus, et sic completur opus. De his vero particulatim nostra laboratil oratio. Anonym. ib. c 13. p. 389.

Masculinum precium foliatum aut limatum [i.e. aurum vulgi] compone cum Mercurio in undecima proportione & labora ad precium. Pone ad ignem lentum et continua eum quoad in mercurio corpora solvente supereminent Venus natans [i.e. sulphur album in forma cremoris] quod extrahe donec nihil corporis in fundo remaneat: et habes primam partem operis philosophici. Secunda pars operis est sulphur, ipsum pone in vitro sine aqua; et aquam corporis, in qua est anima Lunæ destillando, hanc aquam junge sulphuri et permitte ut multis vicibus unum cum altero quandoqs surgat

quandoqs

quandoqz deprimatur donec Venus aquam suam concaperit, quod fit in colore albissimo, et Rabis Elixir ad album. Tertia pars operis est, Rabilam lunam albissimam forti igne citrinabis, deinde vi ignis rubificabis et Rabelis Elixir ad rubeum. /

Est et alius modus operandi. Solve corpus, accipe sulphur, mundifica ipsum, sublima spiritum, junge spiritum cum sulphure et Rabelis artem philosophicam. In omni perfecto opere alchemico, quantumcunqz etiam exiguo, spiritum et sulphur auri Rabis est necessarium. Spiritus tingit colore aureo. Sulphur dat pondus aureum atqz coagulat. Si alterum careret ejus nihil efficeret. In Venere auri philosophici latum naturae arcanum inquiunt delitescere et dicunt verissimum. Quare coagulum nominari solet cum dicitur: Accipe coagulum a corpore et Rabis magisterium quo non est majus in natura. Similiter mundifica coagulum et dele impedimenta et linges. Sed quia pannus immundus mundificari non potest absqz aqua, sic sulphur sine aqua non abluitur. Abluit est solvere solvere est purificare, aqua est mercurius, ipse [☿] est clavis: solus aperit corpus et albificat sulphur: quo albato, recedit eam immunditia. Ego te singulari eruditione vigere dicerem si eam amovere potuis. Ipse est impedimentum et mors arborum. Quare non ibit in coelum, ut supra in 14. cap. insigniter demonstravi. Et dico tibi per Deum creatorem coeli quod est unum de secretis maximum. Amplius ipsa lapidis scientia nihil est aliud quam humectatio et purificatio. Nec est Alchimia aliud quam natura purificatio. Non potest terra a sordibus suis desiccari aeque purgari, nisi per medium aquam ad se accipiat. Et Rebis solum artem brevibus complectitur si naturam in ista aquam. Anonym. ib. cap. 19. p. 402, 403.

## Ex Clangore Buccinae

Aqua mercurialis non est mercurius nudus sed mercurius Philosophorum rubea substantia extractus a minuris [per putrefac in nigrum et separationem elementorum ☿, a minuris inquam] in se habentibus materiam de sulphure et mercurio. Est aqua sulphura quae ipsam nigrefacit, albificat, rubificat et fixat. Idco aqua mercurialis est prima materia ab omnibus metallis et cum ea solvuntur omnia metalla qua in alia non possunt solvi aqua. Et sic metalla non solverentur in eorum materiam primam per istam aquam mercurialem non fieret id quod quaeritur, et dicit Aristoteles. p. 302.

Judiges quod in solutione luminarium primo labores, quia primus gradus operationis est ut fiant argentum vivum. Quia dicunt Philosophi: Nisi fiant corpora incorporea et e converso nil operamini. Et non sic intelligas quod corpus fiat simplex aqua elementalis pura: quia ex tali nullum corpus metallicum procedit cum simplex non alteretur, sed bene compositum. p. 302. — Oportet ut in Arte Alchemiae metalla primo reducantur in mercurium id est in argentum vivum unde omnium metallorum materia et sperma. Unde dicit Geber: Est Mercurius decoctus et inspissatus in ventre terrae calore sulphureo ipsum decoquente: et secundum varietatem sulphuris et ipsius multiplicationem diversa metalla procreantur

procreantur in luna. Ipsorum enim materia prima est una et eadem ipsa tamen inter se differunt sola actione accidentali, id est decoctione, majori vel minori temperato vel intempiato, adurente vel non adurente. ib. p. 303.

"Hæc humiditas est argentum vivum (non vulgare enim tota sua substantia sed nostrum), extractum a corpore liquefacto inbus & fons. "Cum hoc argento vivo qualitates sulphuris sunt commixtæ per digestionem. — Nulla enim alia humiditas convertitur magis propria et prompte in substantiam sulphuris quam illa in quam qualitates suimet sulphuris sufficienter sunt introducte per in dissolutione ingenium naturale, quod fit per artificium: quæ humiditas est argentum vivum in forma aquæ claræ sicut lac, in materia mollis, et sulphur sicut sperma in testiculis. Causa autem quare oportet metallum ad naturam vaporis reducere, quia videmus omnia generari Mercurio vivo mediante quo ipsum genitum fuit. Verbi gratia: homo genitus fuit a patre mediante sperma et generat alium filium mediante sperma et sic de alijs. Ergo natura mercurialis est quæ pascimur et nutrimur: sine ipso namq; non est vita animalium nec plantarum; ipso etiam semoto a re quacunq; statim sequitur corruptio et mors, cum sit fermentum vitæ et existentiæ rerum universarum. In hac natura corpus primo convertitur et congelat mercurium. Quia nullum argentum vivum promptius convertitur in substantiam sulphuris quam illud in quo sulphuris qualitates per dissolutionem sufficientior sunt introducte nemo nullum sulphur promptius argentum vivum congelat quam illud in cujus substantia ipsum argentum vivum existit per naturæ et artis ingenium jam conversum, id est aurum conversum in materiam primam. Tunc enim natura naturam amplectitur et gaudet ea magis quam entranea et Philosophi omnes clamant. ib. p. 304, 305. Si quæris medicinam metalla generandum de metallis erit ejus origo, et non sic intelligas quod reducantur metalla in aquam elementalem simplicem quia ex simplici nihil fit sed ex composito. ib. p 305.

Hujus artis quatuor sunt regimina sive gradus; Calcinatio, Solutio, Destillatio et congelatio. Nam corpus primo debet calcinari, deinde solvi, postea destillari vel sublimari ac denique igne levi congelari. Et in istis quatuor regiminibus et gradibus consistit tota et vera præparatio Ideo corpus et spiritus mercurij sunt necessaria ad perpetrandam hujus rei miracula. Et ad hanc artem solum duo requiruntur, ut dicit Hermes: Fiducia in duabus rebus consistit, quibus et tertium neque anima adjungitur. Et dicit tres facies vidi in uno patre id est tres species in una progenie. Quia dicit Morienus quia tres species ad totum magisterium sufficiunt, sc. sumus albus (id est vis quinta seu anima [aqua cælestis]) et leo viridis (id est æs Hermetis) et aqua [fluida] ex qua et cum qua præparant opus in principio medio et fine. ib. p. 305:

Et una libra Mercurij vivi medium: solvam [solutum, sc. mercurium] sulphuris illuminati [vel corporis] et sic recipies et in eo continet et drachmas duas habebis quod opus [fixando] ad faciendum tincturam sive Elixir. Dicit Calfidius: Aqua id est Mercurius vel argentum vivum, non plus ponderis adjicit vel

vel dat corpori nisi quantum de humiditate metallina in se habet
quia humiditas aquæ [destillando]: transit et metallina manet.
[Illud] est lapidis semen paternum et propria substantia mercurij
est mater ejus. Hoc semen Mercurij non potes extrahere a Mer-
curio ~~ejus~~ nisi mediante coagulo quod tale semen in Mercurio
coagulet & retineat ne in humido superfluo etiam vicedat,
ut coagulum lactis lac coagulat et ejus meliorem substantiam
ad se trahit et secum retinet. Et sic spiritus id est aqua
non coagulatur nisi mediante corpore quod in ea sit dissolutum
cùm corpora sint coagulum lactis hujus id est mercurij & tale
coagulum debet esse aut Sol aut Luna in ipso Mercurio
soluti, nimirum Luna ad album et Sol ad album et rubeum
opus, quia Sol dicitur os Hermetis, ubi de ea loquimur, et est coagulum ☿.
Quia dicit Constans in Turba: Nil aliud curate quoniam
duplex est argentum vivum, videlicet fixum in ære, et
volatile fugiens id est Mercurius; retinete unum aliud quod
est sui generis & a fuga cohibet. Et hic maximum ha-
bet arcanum. Item Raymundus dicit: Quia corpus in hac
arte est Ens metallicum in quo virtus mineralis spiritus quiescit:
et metalla sunt id ex quorum spiritu omnis lapis
componitur. Spiritus autem dicitur mineralis virtus in qua
natura metallorum quiescunt. Et omnis lapis componitur
ex spiritu Metallorum et ille spiritus consideratione Al-
chemistarum dicitur Mercurius, quia dicitur prima et proxima
natura considerata in hac Arte, & prima metallorum materia.
& habet reduci super terram adhuc, ut si aliquid de spiritu
remanserit cum terra, dictus spiritus sublimetur per sublimationem
ignis tertij gradus et convertatur in terram foliatam quæ dici-
tur quinta essentia terræ metallorum et ab aliquibus philosophis
argentum vivum vel mercurius vel sulphur naturæ. Et tuna
hunc inferius manens dicitur fex et scoria et pulvis damnatus
quo non indiges, quia est pulvis vituperatus qui modica sufflati-
one evanescit. Tamen argentum vivum, ~~est~~ exuberatum est terra corporis cum
mercurio simul transiens per alambicum: et sulphur naturæ
est spiritus metallorum sublimatus et conversus in terram
foliatam, quæ est prima et proxima materia metallorum
Prima materia dicitur etiam terra foliata. Est autem ne-
cessarium quod spiritus exuberatus convertatur in terram
foliatam per sublimationem ut separetur mundum ab
immundo, subtile a spisso et grosso terrestri, et ut spiritus
vivificans trahatur sicut visus Basilisci in animalibus et
sulphur in fusione metallorum. ib. p. 306, 307, 308.

Ante omnia erit proficuum, spiritum (sc. mercurium) a
suis superfluitatibus mundare et ex eo substantiam ei
cere in qua non est superfluam humiditatem aqueam
invenire, nec terream substantiam combustibilem opus
inficientem, sed tantummodo substantiam ejus unctuosam
aeream in qua latet spiritus quinta essentia, cujus
solius ~~et~~ magistralibus est aurum corrumpere & in sui
primam materiam transformare. Est autem maximum
in arte secretum et ab Antiquis penitus celatum. Ipsum
enim aurum perfectissime volatizat & in spiritualitatem
transmutat cujus operationis modus est ut seq. ib. p. 309
Elixir Philosophorum componitur ex tribus, lapide
lunari

lunari solari et mercuriali. In lunari existit sulphur album, in solari sulphur rubrum, et lapis mercurij amplectitur utramque naturam albam et rubram. Et hoc est fundamentum totius magisterij.

ib. p. 310.

Omne sal fixum ponitur pro corpore vel pro rebis, et tale sal extrahitur a rebus calcinatis et sal nostrum quod est tinctura [alba vel rubea] extrahitur a calce metallorum per putrefactionem, usq; totum compositum exuat suam naturam & induat alienam. De tali sale dicit Senior. Primo fit cinis postea sal & de illo sale per diversas operationes Mercurii ipsa Philosophorum. Dicit Raymundus: Ars semper indiget calce id est tura sua propria in qua maxima virtus mineralis est imposita ad induranduum mercurium quia ipse semper fluit per media et extrema lapidis, ideo ea non obliviscaris. Postmodum spiritus et anima debent reddi corpori et sic corpus resuscitari & spiritus et anima in corpore mori et verificatur dictum Philosophi, Qui meum moritur meum oritur. Quod sic intellige. Spiritus, i.e Mercurius, est anima locus et aqua sicca Philosophorum seu media substantia Mercurij vivi, et extra hit anima a corporibus perfectis. Ipsa autem anima est tinctura soluta in spiritu. Nam sicut tinctura vulgi portatur in aqua sed aqua tingit pannos et aqua colorata currit in pannum et hinc recedit aqua per exiccationem et remanet tinctura in panno: sic quasi aquam sapientum in qua est tinctura eorū reducunt super turam suam albam benedictam sitientem et currit aqua Philosophorum in turam eorum et exhauditur corporaliter in illa et turam tingit, deinde recedit aqua spiritualis et remanet anima in corpore, qua est tinctura, quia est fumus subtilis invisibilis & non apparet effectus ejus nisi in corpore. Nam totum magisterium nostrum fit cum aqua nostra, et ex ea et de ea sunt omnia necessaria. Nam ipsa corpora solvit solutione vera philosophica ut convertantur in aquam ex qua fuerunt ab initio; ipsa est vita uniuscujusq; rei; ipsa solvit corpus in spiritum et de morbo facit visum et facit matrimonium inter virum et mulierem. Ehnim totum beneficium artis facit. Spiritus dissolvit corpus et mundificat a corruptibilibus cautis et impuritatibus eorum a partibus purissimis segregat, et exaltat corpora reducendo ea in naturam sublimem et inspirat & subtiliat dum solidum facit spirituale. Et hoc sunt beneficia et effectus spiritus seu argenti vivi preparantis corpus & extrahentis ab eo spiritum tinctam. Hic autem spiritus primo est grossus immundus et fugitivus propter sulphur quod in naturibus tura sibi occupavit et mixtum est, sed per destillationem et sublimationem renovatur mundatur depuratur decoquitur inspissatur ac per sulphur album et rubrum coagulatur.

Et hic spiritus preparans est duplex. Primus est humidum siccum agrum ex rebus ponticis generatum, vapor siccus non viscosus, acedinis multæ, valde subtilis, valde volatilis, valde penetrans et corpora resolvens. Alius est vapor humidus

[animalium]
humidus, non unctuosus sed viscosus, aeris maxime, mediocriter
subtilis, ignis asperitatem de facili fugiens et in eo evanescens, vim
solvendi corpora et spiritus possidens, aqua in seipso existens. Vitae
spiritus autem vocatur Mercurius non vere sed vocabulo aequivoco
et similitudinaria locutione propter fluiditatem volatilitatem
vim penetrandi corpora. Ex his recipe intellectum in dictis Phi
losophorum. Et nota quod aliud est unctuosum et aliud visco
sum. Nam ex humido viscoso generatur lapis, ex unctuoso
metallum. Clangor Buc. p. 313, 314, 315

Extractio tincturarum de corporum est opus primum donec nil remanat
in corpore quod non ascendat cum spiritu humido quo madificato
corpus et in aquam verbi gratia. Primo tamen apparet nigre
do, et in primo opere totum fit mundum. Secundum opus est solutio
totum, scilicet corpus humidum et fit luna, scilicet lapis, et aqua
scilicet congelata in eo in colore picis liquidae. Unde necessaria est
conjunctio eorum, scilicet corporis et spiritus. Et quando videris in
principio operis ejus quasi grana rubea, et in coagulatione velut oculi
piscium et quasi preparata nigra scias te justam semitam ambu
lasse: sin autem omnis operatio frustrabitur. ibi p. 316.

Dicit Mundus et Alanus in Turba: Et ponatur in putre
factione per 40 dies, id est per 40 hebdomadas, dum per hebdo-
madam sicut in vulva sperma moratur, hoc est 9 mensibus
vel circa, secundum quantitatem materiae; tunc munda ab
ejus nigredine. Et dicit Rosarius: Caveas tibi praecipue in ejus
mundificatione a privatione virtutis sua ne vis activa suffoce-
tur in aliquo. Nam omnium terrae nascentium semina non
multiplicantur nisi crescant si virtus generativa illorum
per aliquem calorem tollatur extraneum, ut dicit Philosophus.
Et munda per destillationem primo cum suavi igne; deinde
modice fortiori igne destilla mercurium; qui mercurius animam
solis vel Lunae (secundum quod ibi est Sol vel Luna) secum
portat: Et non destilla ita forti igne quod terra id est
elementum terrae etiam in destillatione transeat. Scili-
cet sufficit quod solus mercurius superfluus [transeat] qui
cum corpore non potest. exiccari. Et quod inferius in cu-
curbita remanet est sal nostrum, id est luna nostra, et est
in colore nigra, Draco caudam suam devorans. Nam Draco
est materia in fundo remanens post destillationem aquae ab
ea et aqua illa dicitur cauda Draconis et Draco est ejus
nigredo et Draco inhibitur aqua sua et coagulatur, et
sic devorat caudam suam. Et cinerem qui est in fundo vasis
ne vilipendas quoniam est diadema cordis hui et permanentium
cinis, ut dicit Morienus. Et destilla sic calore, ne corpus re-
ducatur in solidam massam aut nimis siccetur et aduratur.
Et destilla tali igne quod quando gutta incipit cadere,
sexaginta octo ut dicit Arnaldus vel septuaginta (aliqui
dicunt octoginta) momenta ante casum alterius guttae
numerabis; et si transcendat gutta, extrahe ignem
ut dicit Rosarius, et si tardius auge modicum ignem et
non sequaris tuam imaginationem de fortificando igne in
fine destillationis, sed [purge] cum suavi igne. Unde versus
sequens: Sensibus aequato gaudet natura secundo. Et sic
expleta destillationem cum patientia compleveris. Signum
destillationis completae est quod medium mercurii aut magis a
terra

terra per Alembicum destillasti quam imposuisti et quod terra remanet molis et liquida, sicut dicit Arnoldus. Quam terram sic molles et liquidam fac in vitro bono & longo collo & sigilla sigillo Hermetis & pone in cineribus calidis. Primo per octo dies in cineribus lenta calidis, aliis autem diebus sint cineres calidiores: et sit in toti calore ad 25 dies naturales vel triginta usque terra exiccetur et remanet arida in fundo vasis. Post fac agitationem vasis cum manu fortiter & subito quia materia id est terra adhærebit latenibus vasis. Et quanto magis materia furit putrefacta fortius adhærebit ut dicit Rosarius. Et si ibi ignis occasu majoraretur aliquotiens, quod materia effet nimis ad inferiores partes vasis conculeata, tunc oporteret quod fieret contritio predicta in vitro cum pistillo vitreo. Et sic labus terram quæ prius fuit [aqua]. Quia solum duo sunt in lapide nostro elementa forma licet aqua et terra, licet virtualiter in eo sunt omnia scilicet quatuor elementa. Imo lapis noster est una solummodo natura quæ continet in se naturam elementorum omnium. Et totum magisterium est Hæc dividere elementa a metallis et ea purificare et a metallis sulphur naturæ dividere. Nam totus labor et tota magisterij fatigatio est in elementorum et sulphuris divisione. Hæc Raymundus. —— Nigredo autem in omni putrefactione semper major debet esse in opere Solis quam in opere Lunæ ut dicit Rosarius: quia Sol inter omnia alia corpora minus habet sulphuris et plus argenti vivi ex quo hæc nigredo procedit ut dicit Geber. Gb. p. 317, 318, 319, 320.

Post destillationem et putrefactionem prædictam, recipe terram nigram et imbibe ipsam cum mercurio ita quod solummodo materia id est terra cooperiatur. Aliqui volunt quod super eum natet per duos digitos vel tres. Primum tamen melius: Quia dicit Philosophus, ne Yesir submerga tur. Sigilla vitrum sigillo Hermetis ut activa a passivis non recedant et pone in cineres calidos ad exiccandum. Et hoc fac secundo ~~exiccando~~ scil. et imbibendo et exiccando; et tertio et quarto donec terra salis alba sit fixa albedine. Cave autem diligenter ne misceas aquam mercurialem impuram cum corpore quando. Qualis enim erit limpiditas aquæ, talis erit et puritas corporis pabuli. Sic azoth id est aqua Mercurialis et ignis Latonem id est terram nigram abluant et mundificant et ejus obscuritatem auferunt ut dicit Philosophus. Non ergo tædeat te prolixitatis repetitionis et cohobationis et assationis hujusmodi, quia actio naturalis tempus habet determinatum. In 40 diebus completur opus albedinis beneficium et opus ad albam post veram purificationem lapidis. (Nam in purificatione ejus non potest esse determinatum nisi secundum quod Artifex brevi tempus laborat) Et in 90 diebus completur opus ad rubrum. Et in 150 diebus cum fermento ad perfectionem totam. Versus Cocho fit rubrum triginta quinquaginta dierum.

Dicit enim Paulopolus in Turba: Quia corpus in ejus decoctione in quarta parte diminuitur. Et Atlantius dicit quod corporis quarta pars diminuitur apud ejus decoctionem. Et in impositione imbibitionis terræ nigræ cum mercurio debet præcaveri de fractione vitri ut dicit Rosarius. Unde debet notari quod aqua sit calida & etiam materia (i.e. terra) sit calida: et cum manu debet agitari vas et terra, deinde in calore et iterum agitari subtiliter (ne materia lateribus vasis adhæret) donec totum fiat sicut lutum turbidum. Et tunc vitreum debet sigillari et poni inter cineres calidos ad exiccandum ut supra, usq; quo fiat pulvis siccus. — Et tempus cujuslibet imbibitionis ad exiccandum ut 25 dies naturales vel triginta. Sic dicit Arnaldus, ut dicit Rosarius dicat: Si corporis imperfecti, scilicet terræ fuerit libra duodecim unciarum fixatur cum imbibitionibus suis nonaginta diebus. Et istam solutionem et coagulationem terræ vel exiccationem terræ nigræ quater vitreæ, et tunc terram illam nigram et fatidam sufficienter mundatis et ad albedinem perducatis virginis et calcinationis ut apta sit ad fermentationem suscipiendam, quæ fermentatio est ipsius lapidis animatio. Jb. p.

Dicit Socrates quatuor decoctiones fieri quærendo et post debet vivificari per fermentum et iterum coqui. Dicit enim: Jungito illum aquæ suæ et coquito, & quod hoc fieri debet donec liquefiat et dealbabitur. Post iterum coquatur donec ad rubedinem. Et postea iterum coquatur igne fortiori, et hæc ultima decocto in qua figitur et vertitur corpus in spiritum. Et ita sunt in summa septem decoctiones, scilicet quatuor ante vivificationem id est fermentationem, et postea tres quæ designantur per septem assaturas, ut dicit Philosophus. Æs nostrum corpus habet hydropicum ut Naaman Syrus [et] leprosum, propter quod quærit lavacrum regenerationis septies in Jordane, ut ab innatis passionibus et corruptionibus emendetur. Tunc habes sulphur et arsenicum non urens quo possunt ut Alchemistæ et cum eo faciunt argentum perfectum [et aurum]. Jb. p. 320, 321, 322.

Via alia practica talis est. Cum jam habes terram exiccatam (ut supra) tunc fac in vitro et pone super ipsum de mercurio sextam vel septimam ℔ ejus partem ut solvatur. Quare prius pondera ipsam et sigilla vitreum sigillo Hermetis ne flos fugiat, et lento calore in cineribus exicca et congela et istam solutionem volatilizationem et congelationem quater vel plus congela et pondera semper totum congelatum et super ponendo in imbibitione secunda tertia et quarta, quartam partem mercurij ut solvatur. El ultra, modo, in quarta imbibitione et congelatione remanebit hæc terra fixa et clarificata, nigra in fractura, et projecta super corpora albificat in suo colore sed non mercurium. Et si majus pondus de ipsa aqua posueris super ipsum corpus in imbibitione secunda tertia et quarta quam quartam partem ipsius, dum tamen non submergatur melius erit, corpus [magis] dealbabit, et erit subtilius et penetrabilius et cum majori pondere convertet. Sed lapis debet esse magistraliter

extractus mundatus et separatus ab omnibus sui fæculentijs
corruptibilibus antequam tu presumas fixare eum. Et
nota quod sublilior est medicina quæ convertit mercurium
quam illa quæ convertit corpora. Unde sciendum quòd major
labor est in dealbando propter ponderis et comixtionem
quam in rubificando quia post dealbationem usq; ad rubi
ficationem non sequitur error. Et pro rubeo faciendo dici-
tur quod debet fieri eodem modo et simili regimine in omni
bus sicut in dealbando ipsius fecisti. Et non debet iterum ite
ut incipiatur a principio, sed tantum ut multiplicetur.
Et pone tantum mercurij per solutionem terræ et exiccati-
onem sicut in dealbando nisi quod calor sit major. Et scias
quod quantumcunq; plus solvitur anima cum spiritu suo non
fixo, id est aqua sua, et coagulatur, tanto plus multiplicatur,
ideq; non solum in quantitate sed etiam in virtute & bieturo
sublilitate, et in projectione magnum pondus convertet et
transmutabit. Clangor Buc. p. 323, 324.

De Albatione terræ dicit Hali: Accipe quod descendit
ad fundum vasis et abluas ipsum in igne calido usq; quo
auferatur ejus nigredo et rubedo ejus spissitudo, et fac
avolare ab eo additionis humiditatum donec deveniat calx
minis alba in qua non erit macula. Tunc enim terra ad
animam recipiendam est habilis. Dealbatio enim est totius
operis initium et fundamentum. nam ex tunc erravi non
potes in Decoctione. Quia post dealbationem spiritus et anima
in terram veniunt et faciunt eam spiritualem deinde et sub
tilem et mundant. Et sic spiritus et anima non uniuntur
cum corpore vero modo nisi in albo colore: quia tunc in
ipsa dealbatione omnes colores qui in mundo excogitari
possunt apparent et in unum colorem scilicet albedinis con
veniunt. Et ista diversitas colorum non apparet in lapide
nisi in conjunctione animæ cum corpore. Jn una tantum
vice ejus ~~nocat~~ in eo nova Diversos colores. Dicit Senior
Primum opus lunare est albare dealbare et putrefacere
centum et quinquaginta diebus. Et operis initium est de
albatio cui rubor succedit Dein operis perfectio. De ipsa
autem terra dealbata dicit Morienus, quia nihil cum ea
facias ipsa non existente fermentata. Quia sine fermento
nulla fit tinctura perfecta. Fermentum autem est anima
quæ corpori imperfecto morluo vitam tribuit, mediante spiri
tu. Et non est aliud fermentum quam sol & luna ad
album et rubeum Elixir, et Luna solum ad album
elixir: scilicet aurum vel argentum Philosophorum non
aurum vel argentum naturæ. Nam fermentum non est
quousq; dicta corpora convertantur in suam primam
materiam seu naturam. Quia expedit quod ex sole &
subtilissima terra fermentum debeat componi. Quare
si duo corpora perfecta nescis reducere in suam naturam
primam non potes habere aliquod fermentorum: Ib. p. 325
326.

Sic autem fit Fermentum album. Cibra unam partem Lunæ purissimæ minutim limatæ vel sublibiter foliatæ cum duplo sui Mercurij [ter quater quinquies vel sexies, ut vult Philalitha, sublimati et] bene mundissime albi; terendo simul fortiter in mortario lapideo donec Mercurius Ebibat ipsam limaturam & fiat quasi butyrum, ita quod nil invenialur de ipsa limatura. [Sit autem, juxta Philalithan talis Mercurij proportio, ut amalgama sit quam tenuissimum et mollissimum sine humiditate hydropica.] Deinde ablue hoc [amalgama vel] fermentum fortiter cum aceto forti et sale communi bene præparato [vel cum aceto et sale armoniaco] donec aceium inde exeat clarum et bene purum, et tunc ablue sal cum aqua dulci et aquam ad ignem exsiccca. Abhinc vero superadde ei sulphuris albi [seu terræ alba foliatæ ex mercurio et corporibus imperfectis sublimata] partem unam, terendo insimul totum donec videat quasi in corpus unum. Deinde incera ipsum cum una parte aquæ [seu spiritus mercurialis albi] et mitte [in calore debito] ad sublimandum [per decoctionem, forte ut natura cacabur et solvatur deinde separetur et conjungatur mentium quinquies] &c. Sic eodem modo fit fermentum rubrum cum sole purissimo [et 4 sephies, octies novies vel decies sublimato.] Jb. p. 326.

Rosarius et Petrus de Zalento dicunt: Fermentum quod est medium conjungens, si ponitur in principio vel in medio opus perficitur citius nec indiget reiteratione [antequam linga.] Cum autem prædictam medicinam volueris fermentare, tunc solve eam in dicto humido destillato, sicut dictum est superius ignem donec colores appareant ut in primo regimine, donec Rebaris elixir ut prius fusibilem et tingentem, et majoris virtutis. Quoniam in omni solutione & fixatione acquirit sibi acrem in multiplicatione. Jb. p. 326, 327.

Aurum est corpus firmum et fixum et cum eo fermentum est impossibile apud Philosophos nisi Rebretur prima materia metallorum in qua resolvatur in primam materiam et in elementa miscibilia. Reiniamus ergo materiam inde erit aurum & mediante artificio reducitur [aurum] in verum fermentum Philosophorum. Et nota, Aqua est spiritus corpus purgans sublimans & dealbans, et fermento est anima quæ corpori imperfecto [dealbato] mediante aqua [seu spiritu] vitam tribuit quam prius non habebat. Et in hora conjunctionis maxima apparent miracula & spiritus mediante anima cum corpore jungitur. — Conjunge ergo, sulphur [album] i.e. corpus imperfectum cum fermento [seu anima auri] ut [fermentum] generet sibi simile et fiet Elixir. Quoniam fermentum rediget a sulphur nostrum [album] ad suam naturam ponderis et colorem per omnem modum. Et erit fermentum album ad album et rubeum ad rubeum: quia si posueris fermentum argenti cum a sulphure [albo] auri rediget ad suam naturam sed non ad suum colorem. Et si posueris fermentum auri cum a sulphure [albo] argenti convertet ad suam naturam et non ad suum colorem. Et e converso. Non ergo misceas aquam albam cum rubea nec rubeam cum alba, quia cum aqua alba albificabis et cum rubea rubificabis. Non autem potes hanc aquam esse rubeam sed albam in aspectu importans rubificandi potentiam in effectu

a Hoc sulphur fermentandum est Sulphur artis seu philosophicum sublimando præparatum et volatile factum quoniam si non fuerit sublimatum substantiam ingredientem & virtute penetrativam non habebit & per consequens ad compositum verum Elixir non habebit effectum, quia in sua permanens entitate corporalitate non miscebitur rubeis

gut Bey. Clangor p.335. effectu. Hæc Raymundus. Clangor p. 327, 328, 335

Cùm corpus mundatum fuerit et cum spiritu ~~conjunctum~~ incorporatum & sublimatum hunc ambo facta sunt vapor unctuosus. Et nisi corpus fiat vapor nihil in opere peregisti, cùm hoc fiat mediante aqua mercuriali depurata. Ergo dealba & abluas corpus quia dealbatio est operis totius initium et fermentum. Si enim sulphur non fuerit sublimatum, substantiam ingredientem et virtutem penetrantem non habebit, et per consequens ad Elixir non valebit. Mercurius vulgi dicitur spiritus et mercurius corporis dicitur anima et spiritus non conjungitur corpori nisi mediante anima. Spiritus non conjungitur corporibus donec a suis immundicijs perfecte fuerint mundata et spiritualia fiant, id est per mutationem ultriusq; a sua natura et virtute et proprietate et per conversionem suarum naturarum conjunguntur, id est cum fermento mediante aqua quæ facit inter ea matrimonium. Jb. p. 328, 329.

Postquam lapis noster in igne est factus & ab omni sorde purgatus, id est post dealbationem & philosophicam spiritualem purgationem supra memoratam, tere ipsum in pulverem subtilem valde in uno lapide & in aceto nostro celestino solve & statim solvetur in clarissimam aquam et quasi fontanam. Et postquam lapis totaliter fuerit solutus, destilla nostra destillatione et coagula temperato calore & ultimò calcina prima coagulatione secundum modum suum. Et scias quod in ista solutione lapidis una pars multò plures partes Mercurij vel cujuscunq; corporis in Lunam veram vel in solem secundum quod lapis fuerit præparatus, tingit. Et hæc solutio nostra est secretum nostrum Et sic multiplicabis lapidem ut postea in capitulo de multiplicatione dicetur. Jb. p. 329, 330.

Hermes dicit Seminate aurum vestrum (id est animam et virtutem tingentem) in terram albam foliatam, quæ per calcinationem facta est ignea subtilis et arrea, alba et munda in qua non sint sordes. Ex quibus patet quod aurum naturæ non est materia fermenti, imò aurum Philosophorum est ipsum fermentum tingens. Jb. p. 330

De imbibitionibus septem vel novem aquilarum et cochionibus ad album et rubrum vide pag 331.

Corpus in aqua prima ab omni corruptione segregata coquitur per 40 dies in vase suo & sic convertitur in argentum vivum deinde per sublimationem privatur nigredine & fit natura sublimis carens umbra id est grossa terræ faculentia et adustione. Corpus igitur cum mercurio mundo coque sæpius donec unicatur et cum aliquam partem mercurij in se hauserit ipsum sublima igne cito & fortiori quo poteris donec ascendat in similitudine albissimi pulveris in modum nivis adhærens spondilibus Cl. Cinis vero in fundo manens est fax et scoria corporum vilipensa & vilipendenda et abjiciendo quia pulvis est levissimus qui modica sufflatione evanescit. Abjectis his facibus tota per se sublimationem albissimi pulveris sine facibus suis quousq; non permittit aliquas faces sed ascendit purissimus ad modum

modum vivis, quæ est nostra pura Quintessentia, anima tingens et coagulans & mundificans et Sulphur, Arsenicum non urens, quo possunt uti Alchemistæ ut cum eo faciant Argentum. In solari autem materia licet quædam pars albissime ascenderit, tamen in fundo remanet ignis tinctus rubore in modum scarlati. Et illud sulphur convertit argentum in aurum purissimum et verissimum. Hæc est perfectissima compositio sulphuris albi et rubri non urentis secundum summam operationem Philosophorum. Nil enim in his dictis superflui & diminuti invenies; sed quæ Philosophica veritas continet. Clangor p. 332,333.

Item si cum caleibus duorum luminarium scil. Solis et Lunæ sublimaveris mercurium utilitur sublimabis et mundas cum facilitate. Et non miscras illud quod remanet in fundo cum eo quod ascendit sed segregabis unumquodq; eorum pone. Si autem aliquid in fundo manserit, iterabis ad sublimandum per mercurium sibi incorporatum donec totum ascenderit quicquid est de pura essentia corporum. Alambicum vero sit vitreum et bono luto circumlinitum ita ut Mercurius non possit exhalare. Quia mercurius non sublimabit nisi per fumositatem aeream rariores corporis partes secum deferentem ideoq; si inveniat locum apertum evolat per fumum. Clangor p. 333,334.

Five treatises from the Rosarium abbrev.
(of Arnold of Villa Nova) ~~& Albert of Kill~~ p. 1
with references to pages of edition from wh.
it was copied.

~~Margarita~~
La Margarita Pretiosa of Peter Bonus
in vol. 5 of Theatrum Chemicum
p. 15

Extracts from Opusculum Dionysii Zachariï
in vl. 1 of Theat. Chemicum
p. 24

out of Philalethas works concerning the
extraction of Sulphur out of mercury
Secr. Rev. p. 31

ext. fr. Philalethæ De Metall. Metam.
p. 35

" do. in Brev. Mannduct. ad Rub. cœlest.
p. 36

" Fons chem. Phil. p. 36

" Philalethæ. Commentary on Ripley's
Preface &c.

Lamentu Venturæ. p. 48

Raymond. Lully's Theorica ib.
(in Theat. Chem.)

" Anon. in Ars Auriferæ.

over

Ex Clangore Buccinæ h. 51

(? of Raymond Lully)